

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro. A. Cluentio Habito. Oratio XIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

loco tēploꝝ p̄sīdēt: q̄ omniū mētes eoꝝ, q̄ ad Rēp. adēūt, maxime p̄spiciūt: me hoc neq̄ rogā
tu facere cuiusq̄, neq̄ quo Cn. Pōpei gratiā mihi per hāc causam conciliari putē, neq̄ quo mi
hi ex cuiusq̄ amplitudine, aut p̄sīdīa periculis, aut adiumenta honoribus quērā: propterea q̄
pericula facile, vt hominē p̄stare oportet, innocentia tecti pellemus: honorē autē, neq̄ ab vno,
neq̄ ex hoc loco, sed eadē nostra illa laboriosissima ratione vitā, si vestra volūtas feret, conse
quemur. Quāobrē quicquid in hac causa mihi susceptū est Quirites, id omne me Reip. causa
suscepisse confirmo: tātūq̄ abest, vt aliquā bonā gratiā mihi quēsisse videar: vt multas etiā
simultates partim obscuras, partim apertas, intelligam, mihi nō necessarias, vobis nō inutiles
suscepisse. sed ego me hoc honore p̄dītū, tantis vestris beneficiis affectum, statui Quirites
vestram volūtatē, & Reipublicę dignitatē, & salutē prouinciarum, atq̄ sociorum, meis
omnibus commodis, & rationibus p̄ferre oportere.

PRO A. CLVENTIO HABITO. ORATIO. XIII.



NIMADVERTI Iudices, omnem accusatoris orationem, in duas
diuisam esse partes, quarum altera mihi niti, & magnopere cōfīdere
videbatur, inuidia iam inueterata iudiciū Iuniani: altera tātūmodo
cōsuetudinis causa timide, & diffidētē attingere rationē veneficiū
criminū, qua de re lege est hac q̄stio constituta. Itaq̄ mihi certū est
hanc eadē distributionē, inuidię, & criminū, sic in defensione serua
re: vt oēs intelligār, nihil me nec subterfugere voluisse reticēdo, nec
obscurare dicēdo. Sed cū cōsidero quomodo mihi i vtraq̄ re sit ela
borandū: altera pars, q̄ ppria est iudiciū vestri, & legitimę veneficiū
quēstionis, p̄ mihi breuis, & nō magnę in dicēdo cōtētionis fore vī
detur, altera autē, quę procul a iudicio remota est, quę concionibus

Accusato
ris duæ
partes.

seditione concitatis accōmodatior est, q̄ tranquillis, moderatisq̄ iudiciis: prospicio quātū in
agēdo difficultatis, & quantū laboris sit habitura, sed in hac tāta difficultate, illa me res tñ
Iudices consolāt, q̄ vos de criminibus sic audire consueuistis, vt eoꝝ omnē dissolutionē ab
oratore q̄ratis: vt nō exīstimeris plus vos ad salutē reo largiri oportere, q̄ quantū defensor
purgandis criminibus conseq̄, & dicēdo p̄bare potuerit. De inuidia autē sic inter vos discē
ptare debetis, vt nō quid dicatur a nobis, sed qd̄ oporteat dici, cōsideretis. Agitur em̄ in cri
minibus, A Cluentii ppriū periculū: in inuidia, causa cōmunis. Quāobrē alterā p̄te causę sic
agemus, vt vos doceamus, alterā sic, vt oremus. in altera diligētia vestra nobis adiūgēda est;
in altera fides imploranda, nemo est em̄ q̄ inuidię sine vestro, ac sine talū viroꝝ subsidio pos
sit resistere. Egdē qd̄ ad me attinet, quo me verā nescio, negē fuisse illā infamiā iudiciū corru
pti: negē illā rē agitatā in cōcionibus: iactatā in iudiciis: cōmemoratā in Senatu: euellam ex
animis hominū tātā opiniōē: tā penitus insitā: tā vetustā: nō est nostri ingenii, vestri auxiliū
est Iudices, huius innocētię, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flāma,
atq̄ in cōmuni incēdio subuenire. etenim sicut aliis in locis parū firmamēti, & parū viriū sal
sitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet, domīnē in cōcionibus: iaceat in
iudiciis, valeat in opiniōibus, ac sermonibus imperitoꝝ: ab ingeniis prudētū repudietur, ve
hementes habeat repētinos impetus: spatio interposito, & causa cognita, cōsenescat, deniq̄ il
la definitio iudicioꝝ æquorū, quę nobis a maioribus tradita est, retineatur, vt in iudiciis, & si
ne inuidia culpa plectat, & sine culpa inuidia ponat. Quāobrē a vobis Iudices, anteq̄ de ipsa
causa dicere incipio, hoc postulo, primū id qd̄ æquissimū est: vt ne quid huc p̄iudicari affera
tis, etenim nō modo auctoritatē, sed etiā nomē iudiciū amitteremus, nisi hic ex ipsis causis iu
dicābimus, ac si ad causas iudicia iā facta domo deferemus. deinde si quā opiniōē iā vestris
mētibus cōphēdistis: si eā ratio cōuelleret, si ratio labefactābit, si deniq̄ veritas extorquebit,
ne repugnetis, eāq̄ animis vestris aut libētibus, aut equis remittatis. tū aut cū ego vnaquaq̄
de re dicam, & diluā, ne ipsi quę cōtraria sunt, taciti cogitationi vestrę subiiciatis, sed ad ex
tremū expectetis, & me meū dicēdi ordinē seruare pariamini. cū peroratū fuerit: si qd̄ erit p̄
teritū, animo requiratis. Ego me Iudices ad eā causam accedere, quę iā p̄ annos octo continu
os ex cōtraria p̄te auditur: atq̄ ipsa opiniōe hominū tacita, prope cōuicta atq̄ damnata sit:
facile intelligo. sed si qs̄ mihi deus vestrā ad me audiēdū beneuolentiā cōciliarit, efficiā profe
cto, vt intelligatis, nihil esse hominī tā timendū, q̄ inuidiā: nihil innocētī suscepta inuidia tā
optandū, q̄ æquū iudiciū, q̄ in hoc vno deniq̄ falsę infamię finis aliquis, atq̄ exitus reperiat.

Iudiciorū
æquorū
definitio.
P̄iudicā
tum.

Inuidia tū
menda

Oratio

Quãobré magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causa, explicare, atq; omnia dicendo cõsequi potuero, hunc locũ, confessumq; vestrũ, quẽ illi horribilẽ A. Cluentio, ac formidolosum fore putauerunt, eum tandẽ eius fortunæ miseræ, multũq; iactatẽ portum, ac perfugiũ futurum. Tametsi permulta sunt, quæ mihi anteq̃ de causa dicam, de cõmunibus inuidiæ periculis dicenda esse videantur, tamen ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggreddiar ad crimen cũ illa deprecatione Iudices, qua mihi sapius vtendũ esse intelligo, sic vt me audiat, quasi hoc tempore hæc causa primũ dicatur, sicuti dicitur: non quasi scẽ iã dicta, & nũq̃ probata sit. hodierno enim die primũ veteris istius criminis diluendi potestas est data: ante hoc tẽpus error in hac causa, atq; inuidia versata est. Quãobré, dũ multorũ annorũ accusationi breuiter, dilucideq; respondeo, quæso vt me Iudices, sicuti facere instituitis, benigne, attenteq; audiat. Corruptis dicit A. Cluentius iudiciũ pecunia, quo inimicũ suũ innocentẽ Stathiũ Albiũ cõdemnaret. ostendã Iudices primũ, quoniã caput illius atrocitatis, atq; inuidiẽ fuit, innocentẽ pecunia circũuentũ: neminẽ vnq̃ maioribus criminibus, grauioribus testibus esse in iudiciũ vocatũ. deinde ea de eo p̃iudicia esse facta ab ipsiis iudicibus, a qbus cõdemnatus est, vt nõ modo ab iisdẽ, sed ne ab aliis qdẽ vllis, absolui vllõ modo posset. Cũ hæc docuero, tũ illud ostendã, qd maxime requiri intelligo, iudiciũ illud pecunia esse tentatũ, nõ a Cluentio, sed cõtra Cluentiũ: faciãq; vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, qd inuidia cõstaret. Primũ igitur illud: ex quo itelligi possit, debuissẽ Cluentiũ magnopere causæ confidere, qd certissimis criminibus & testibus frerus ad accusandũ descenderit. Hoc loco faciendũ mihi Iudices est, vt vobis breuiter illa, qbus Albius condẽnatus est, crimina exponã. Abs te peto Oppianice, vt me inuitũ de patris tui causa dicere existimes, adductũ fide, atq; officio defensiõis. etenĩ tibi si i p̃sentia satisfacere nõ potuero, tũ multẽ mihi ad satisfaciendũ reliquo tẽpore facultates dabũtur. Cluentio nisi nũc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas nõ erit. simul & illud quis est, qd dubitare debeat: cõtra damnatũ, & mortuũ, p̃ incolumi, & viuo dicere: cũ illi, in quẽ dicit, damnatio omne ignominia periculũ iam abstulerit, mors vero etiã doloris. huic autẽ, pro quo dicit, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu, ac dolore, & sine summo dedecore vitæ, ac turpitudine. Atq; vt intelligatis Cluentiũ nõ accusatorio animo, nõ ostẽtatione aliqua, aut gloria adductũ, sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis, p̃posito ante oculos vitẽ piculo, nomẽ Oppianici derulisse, paulo lãgius exordiũ rei demonstradẽ repetã. qd q̃so Iudices ne moleste patiamini. principiis em̃ cognitis, multo facilius extrema itelligeris. A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusce Iudices, homo nõ solũ municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiã regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cũ esset mortuus Sylla, & Põpæio Coss. reliq; hũc annos. XV. natũ: gradẽ autẽ, & nubile filiã: q̃ breui tẽpore post patris mortẽ nupsit A. Aurio Melino cõsobrino suo, adolescẽti i primis, vt tũ habebat, inter suos, & honesto, & nobili. Cũ essent hẽ nuptiẽ plenẽ dignitatis, plenẽ cõcordiẽ, repente est exorta mulieris importunẽ nefaria libido, nõ solũ dedecore, verũ etiã scelere cõiuncta. Nã Sallia mater huius Habiti, mater em̃ a me nominis causa, tãetsi in hũc hostili odio, & crudilitate est, mater iquã appellabitur: neq; vnq̃ illa ita de suo scelere, & immanitate audiet, vt naturẽ nomẽ amittat. Quo em̃ est ipm̃ nomẽ amantius, indulgẽtiusq; maternũ, hoc illius matris, q̃ multos iã annos & nunc cũ maxime filiũ interfectũ cupit, singulare scelus maiore odio dignũ esse ducetis. Ea igit̃ mater Habiti, Melini illius adolescẽtis generi sui, contra q̃ fas erat, amore capta, primo, neq; id ipm̃ diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate cõtinebatur. deinde ira flagrare cõpit amẽtia, sic inflãmata ferri libidine, vt eã nõ pudor, nõ pudicitia, nõ pietas, nõ macula familiæ, nõ hominũ fama, nõ filii dolor, nõ filia mœror, a cupiditate reuocaret. animũ adolescẽtis nõdũ consilio, ac ratione firmatũ, pellexit iis oĩbus rebus, quibus illa atas capi, ac deliniri potest: filia q̃ nõ solũ illo cõmuni dolore muliebri in eiusmodi viri iniuriis angere, sed nefariũ matris pellicatũ ferre nõ posset, de quo ne queri quidẽ sine scelere se posse arbitrare, ceteros sui tãti malĩ ignaros esse cupiebat: in huius amantiissimi sui fratris manibus, & gremio, mœrore & lachrymis cõsenescebat. Ecce autẽ subitũ diuortiũ, qd solatiũ malorũ omnĩũ fore videbat. discedit a Melino Cluentia, vt in tãtis iniuriis, nõ inuita: vt a viro, nõ libẽter. Tũ vero illa egregia, ac p̃clara mater palã exultare letitia, ac triũphare gaudio cõcepit, victrix filiẽ, nõ libidinis. Itaq; diutius suspicionibus obscuris ledi famã suã noluit: lectũ illũ genialem, quem biennio ante, filia suẽ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa, atq; ex

Coniuncta
dedecore
& scelere.
Mater.

Pellicatus.

turbata filia iuber. nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus
 omnium. O mulieris scelus incredibile: & preter hanc vna in omni vita inauditum. O libidine effre-
 natam, & indomitam. O audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at
 illam ipsam noctem, facesset illas nuptiales: non limen cubiculi: non cubile filie: non parietes denique
 ipsos superiorum testes nuptiarum: perfregit, ac prostravit omnia cupiditate, ac furore: vicit pu- Vicit pu-
 dorē libido, timorē audacia, rationē amētia. Tulit hoc commune dedecus iam familie, cognationis, dorē libi-
 nominis, grauiter filius. augebatur autem eius molestia, quotidianis quimonitiis, & assiduo fletu do &c.
 sororis. statuit tamen nihil sibi in tantis iniuriis, ac tanto scelere matris, grauius faciendum, quam ut illa
 matre ne vteretur. ne, quam videre sine summo animi dolore non poterat: ea si matre vteretur,
 non solum videre, sed etiam probare suo iudicio putaret. Inritum quod huic cum matre fuerit simulta-
 ris, audiuitis. pertinuisse hoc ad causam, tunc cum reliqua cognoueritis, intelligetis. Nam illud
 me non preterit: cuiusmodicum mater sit, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix Cuiusmo-
 oportere, non essem ad ullam causam idoneus Iudices, si hoc quod in communibus hominum sensibus dicum.
 atque in ipsa natura positum, atque infixum est: id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non
 viderem. facile intelligo non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo equo ferre Parentum
 oportere. Sed ego ea que ferri possunt, ferenda: que taceri, tacenda esse arbitror. nihil in vita vidit iniurie fe-
 calamitatis A. Cluentius: nullum periculum mortis adiit: nihil mali timuit: quod non totum a matre rende.
 esset constatum, & perfectum. Que hoc tempore sileret omnia: atque ea si obliuione non posset, tamen taciturni-
 tate sua recta esse pateret. sed ea vero sic agit: ut prorsus reticere nullo modo possit. Hoc enim
 ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia, que futura est, a matre initio est adora-
 nata: a matre hoc tempore instructum: atque omnibus eius opibus, & copiis comparatum. ipsa denique nuper
 huius opprimendi causa Romam aduolauit. prelo est mulier audax, pecuniosa, crudelis: insti-
 tuit accusatores: instituit testes: squalore huius & sordibus latatur: exitum exoptat: sanguinem
 suum profundere omnem cupit, dummodo profusum huius ante videat. hac nisi omnia perspexeritis
 in causa, temere a nobis illam appellari putatore. sin autem erunt & apta, & nefaria, Cluentio igno-
 scere debetis, quod hac a me dici patiat: mihi ignorare non deberetis, si tacerem. Nunc iam summa
 rim exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit: ut & constantiam A. Cluentii, & ratio-
 nem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa accusandi que fuerit, ostendam, ut id ipsum A.
 Cluentium vi & necessitate coactum fecisse videatis. Cum manifesto venenum deprehendisset, quod vir
 matris Oppianicus ei parauisset: & res non coniectura, sed oculis, ac manibus teneret, neque in
 causa vlla dubitatio posset esse: accusauit Oppianicum, que constaret, & que diligenter, postea dicam:
 nunc hoc scire vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi uti propositum vitæ periculum,
 & quotidianas capitis insidias hac vna ratione vitaret. Atque ut intelligatis his accusatum esse
 criminibus Oppianicum, ut neque accusator timere, neque reus sperare debuerit, pauca vobis illi
 iudicii crimina exponam. quibus cognitis nemo vestrum mirabitur, illud diffidentem rebus suis ad Sta-
 lenum, atque ad pecuniam confugisse. Larinas quidam fuit Dinea, Socrus Oppianici, que filios habuit
 M. & Numerium Aurius, & Cn. Magium, & filiam Magiam, nuptam Oppianico, M. Aurius adolescens
 bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergii Senatoris eius, qui inter sicarios damnatus est,
 manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo. Numerius autem Aurius frater mortuus est, herede Ergastulo.
 que Cn. Magium fratrem suum reliquit. postea Magia uxor Oppianici mortua est. postremo vnus qui
 reliquus erat Dineæ filius, Cn. Magius est mortuus. is fecit heredem illum adolescentem Oppianicum
 sororis sue filium, eumque patri cum Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineam neque obscu-
 rus, neque incertus, qui nuntiaret ei filium eius M. Aurium viuere, & in agro Gallico esse in seruitute.
 Mulier amissis liberis, cum vni filii recuperandi spes esset ostentata, omnes suos propinquos, filiosque sui
 necessarios conuocauit, & ab his flens petiuit, ut negotium susceperet, adolescentem inuestigarēt, si
 bi restitueret eum filium, quem tantum vnum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Hec cum agere insti-
 tuisset, oppressa morbo est. itaque testamentum fecit eiusmodi, ut illi filio. XL. millia legaret, herede
 de institueret eundem illum Oppianicum nepotem suum: atque his diebus paucis est mortua. propinqui tamen
 illi, quemadmodum viuam Dineam instituerat, ita mortua illa, ad inuestigandum Aurium cum eodem illo in-
 dice in agrum Gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti multis ex rebus reperie-
 ris, singulari scelere, & audacia, per quandam Gallicanum familiarem suum, primum illum indicem pecunia
 corrupit: deinde ipsum Aurium non magna iactura facta tollendum interficiendumque curauit. Illi
 autem qui erant ad propinquum inuestigandum, & recuperandum profecti, literas Larinum ad Aurius
 illius adolescentis propinquos, suosque necessarios mittunt: sibi difficile esse inuestigandi ratio-

Experiens.

Theani
Apul.

Nature fa-
tiffecit.

nem, q̄ intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptū. Quas literas A. Aurius vir fortis, & experiens, & domi nobilis, M. illius Auri propinquus, in foro palam, multis audientibus, cū adesset Oppianicus, recitat: & clarissima voce se nomē Oppianici, si interfectū M. Auriū cōperisset, delaturū esse testatur. Interim breui tēpore illi, qui erant in agrū Gallicū profecti, Larina nū reuertūtur, interfectū esse M. Auriū renūciant. animi non solū propinquoꝝ, sed etiā oīm Larinatū odio Oppianici, & illius adolescētis misericordia cōmouentur. Itaq̄ cū A. Aurius, qui antea denūciarat, clamore hominē, ac minis insequi cōpisset, Larino profugit, & se in castra clarissimi viri Q. Metelli contulit. Post illam fugā & sceleris, & consciētē testē, nūq̄ se iudiciis, nūq̄ legibus, nūq̄ inermem inimicis cōmittere ausus est. sed p̄ illam L. Syllē vim, atq̄ vīctoriā Larinū ī summo timore omniū cū armatis aduolauit: quattuor viros, quos municipes fecerāt, sustulit: se a Sylla, & alios p̄terea tres factos esse dixit: & ab eodē sibi esse imperatū, vt Auriū illū, qui sibi delationē nominis, & capitis periculū ostentarat, & alterū Auriū, & eius C. filium, & Sex. Viriū, quo sequestre in illo indice corrupēdo dicebatur esse vsus, proscribēdos, interficiendosq̄ curaret. Itaq̄ illis crudelissime interfectis, nō mediocri ab eo ceteri proscriptiōis, & mortis metu terrebantur. His rebus in causa, iudicioq̄ patefactis, quis est q̄ illū absolui potuisse arbitraretur? Atq̄ hæc parua sunt: cognoscite reliqua, vt nō aliquando cona demnatū esse Oppianicū, sed aliquādiū incolumē fuisse miremini. Primū videte hominis audaciā, Sassiā in matrimoniu ducere Habiri matrē, illā, cuius virū A. Auriū occiderat, cōcupiuit. vtrū impudentior hic, qui postulet: an crudelior illa, si nubat, difficile dictū est. sed tñ vtriusq̄ humanitatē, cōstantiāq̄ cognoscite, perit Oppianicus, vt sibi Sassiā nubat, & id magnopere cōtendit. illa autē nō admiratur audaciā, nō impudentiā aspernatur, nō deniq̄ illam Oppianici dexterā, viri sui sanguine redūdantē reformidat. sed q̄ haberet tres ille filios, idcirco se ab his nuptiis abhorreere respondit. Oppianicus, qui pecuniā Sassiæ cōcupiuisset, domo sibi q̄rendū remediū existimauit ad eā morā, quæ nuptiis afferebatur. Nā cū haberet ex Nouia infantē filiū: alter autē eius filius Pappia natus, Theani Apulī, qd̄ abest a Larino decē & octo millia passuū, apud matrē educaretur: accersit subito sine causa puerū Theano, qd̄ facere nisi ludis publicis, aut festis diebus antea non solebat. Mater nihil malī misera suspicans mittit. Ille se Tarentum proficisci cū simulasset, eo ipso die puer, cū hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctē mortuus, & postridie, anteq̄ luceret, combustus est. atq̄ hūc tantū mœrorem matri prius hominū rumor, q̄ quisq̄ ex Oppianici familia nūciauit. Illa cum vno tēpore audisset sibi nō solū filiū, sed etiā exequiarū munus ereptū, Larinū cōfestim exanimata venit, & ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies nōdū decē intercesserant, cū ille alter filius infans necatur. Itaq̄ nubit Oppianico continuo Sassiā letātī iam animo, & spe optima confirmata. nec mirū, quæ se nō nuptialibus donis, sed filioꝝ funeribus delinīat videret. Itaq̄ qd̄ ceteri propter liberos pecuniæ cupidiore solent esse, ille propter pecuniā liberos amittere iucūdum esse duxit. Sentio Iudices vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus breuiter a me demonstratis, vehementer esse cōmotos. quo tandē igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus nō modo audiendū fuit, verū etiā iudicandū? Vos auditis de eo, in quē Iudices nō estis, de eo quē nō videtis, de eo quē odisse iam nō potestis, de eo qui & naturæ, & legibus satisfecit, quē leges exilio, natura morte mulctauit: auditis nō ab inimico, auditis sine testibus, auditis cū ea, quæ copiosissime dici possunt, breuiter a me strictimq̄ dicuntur. Illi audiebāt de eo, de quo iurati sentētiās ferre debebāt: de eo cuius p̄sentis nefariū, & consccleratū vultū intuebātur: de eo quē oderant propter audaciā, de eo quē omni supplicio dignū esse ducebāt: audiebāt ab accusatoribus, audiebāt verba multoꝝ testiu, audiebāt cum vnaquaq̄ de re a P. Cannutio homine eloquentissimo grauiter, & diu diceretur. & est quisq̄, qui cū hæc cognouerit, suspicari possit Oppianicū iudicio oppressum, & circūuētū esse innocentē! Aceruatim iam reliqua Iudices dicā, vt ad ea q̄ ppria huius causæ, & adiūctiora sunt, perueniā. Vos quæso memoria teneatis, non mihi hoc esse propositū, vt accusem Oppianicū mortuū, sed cū hoc psuadere vobis velim, iudiciū ab hoc nō esse corruptū, hoc vtrī initio ac fundamēto defensionis: Oppianicū hominē sceleratissimū, & nocentissimū, esse damnatū: qui vxori suæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiri fuit, cū ipse poculū dedisset, subito illa in media portione exclamauit, se maximo cū dolore mori, nec diutius vixit, q̄ locuta est. nā in ipso sermone hoc, & vociferatione mortua est. & ad hac mortē tā repentinā, vocēq̄ morietis, omnia p̄terea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerūt, eodemq̄

veneno C. Oppianicū fratrem necauit, neque est hoc satis: tamen in ipso fraterno parricidio nullū scelus premissum videtur: tamen ut ad hoc nefariū facinus accederet, aditū sibi aliis sceleribus ante muniuit. Nam cum esset grauidā Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, mulierē veneno interfecit, ut vna illa, & quod erat ex fratre conceptū, necaretur. postea fratrem aggressus est, qui sero iam exhausto illo poculo mortis, cum & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamētūque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis, est mortuus. ita mulierē ne pro eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit. fratris autē liberos prius vita priuauit, quā illi hanc ab natura propria lucē accipere potuerūt: ut omēs intelligerēt nihil ei clausum, nihil sanctū esse posse, cuius ab audacia fratris liberos ne materni quod corporis custodia tegere potuisset. Memoria teneo Milesiā quādam mulierē, cum essem in Asia, quā ab hereditate secundis accepta pecunia partū sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse dānatā. neque iniuria: quā spem parerētis, memoriā nominis, subsidium generis, heredem familię, designatū Reipublicę sustulisset. Quāto est Oppianicus in eadē iniuria maiore supplicio dignus: siquidem illa cum suo corpori vim attulisset, se ipsam cruciauit. hic autē idē illud effecit per alieni corporis mortē, atque cruciatū. Ceteri non vident in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse: Oppianicus inuētus est, quod in vno corpore plures necaret. Itaque cum hanc eius consuetudinē, audaciāque cognosceret auunculus illius adolescētis Oppianici, Cn. Magius: isque graui morbo affectus esset, & heredem illū sororis suę filiū faceret: amicis adhibitis presente matre sua Dinea vxorē suā interrogauit, esset ne p̄gnans: quā cum se esse respondisset, ab ea petiuit, ut se mortuo apud Dineā, quę tū ei mulieri socrus erat, quoad pareret, habitaret: diligentiāque adhiberet, ut id quod cōceperat, seruariet, ut saluum parere posset. itaque ei testamento legat grandem pecuniā a filio, si qui natus esset: ab secundo herede, nihil legat. Quid de Oppianico suspicatus sit, videtis. quod iudicari, obscurū non est. nam cum eius filiū faceret heredem, eū tutorē liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit cognoscite, ut illū Magiū intelligatis longe animo prospexisse moriētem. Quę pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eā presentē Oppianicus non debitā mulieri, soluit: si hęc solutio legatorū, & non merces abortionis appellanda est. Quo illa pecunia accepto, multisque preterea muneribus, quę tū ex tabulis Oppianici recitabatur, spem illā, quā in alio commendatā a viro cōtinebat, victa auaritia sceleris Oppianici vendidit. Nihil posse iam ad hanc improbitatē addi videtur. attendite exitū: quā mulier obrestatione viri decē illis mensibus ne domū quidem vllam, nisi socrus suę nosse debuit, hanc quinto mense post viri mortē, ipsi Oppianico nupsit. quā nuptię non diuturnę fuerūt. erāt enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate cōiuncta. Quid illa cedes Asinii Larinatis, adolescentis pecuniosi, quā clara, cum recens fuit! quā omnium sermone celebrata! Fuit Aiulius quidā Larinas perditā nequitia, & summa egestate, arte quadam perditus ad libidines adolescentulorū excitandas accommodata: qui ut se blanditiis, & assenationibus in Asinii consuetudinē penitus immergit, Oppianicus cōtinuo sperare cepit hoc se Aiulio, tamquam aliqua machina admota, capere Asinii adolescentiā, & fortunas eius patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est, res translata Romā, iniri enim id consiliū facilius in solitudine, perficere re eiusmodi comodius in turba posse arbitrari sunt. Asinius cum Aiulio Romā est perfectus, hos vestigiis Oppianicus cōsecutus est. Iam ut Romę vixerint, quibus conuiuiis, quibus flagitiis, quātis, & quā profusis sumptibus, non modo conscio, sed etiā conuiua, & adiutore Oppianico, longū est mihi dicere, preteritum ad alia perferri. Exitū huius assimulatę familiaritatis cognoscite. Cum esset adolescēs apud mulierculā quādam, atque ibi p̄noctaret, & ibi diē postea cōmoraret, Aiulius, ut erat constitutū, simulat se agrotare, & testamētū facere velle. Oppianicus obsignatores ad eū, quod neque Asiniū, neque Aiuliū nossent, adducit, & illū Asiniū appellat. ipse testamēto Asinii nocte obsignato, discedit. Aiulius illico cōualefcit. Asinius autē breui illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portā Esquilinā p̄ductus, occidit. qui cum vnū iam, & alterū diē desideraret: neque in his locis, vbi ex consuetudine querebatur, inueniret: & Oppianicus in foro Larinatiū dictitaret, nuper se, & suos amicos testamentū eius obsignasse: liberti Asinii, & nonnulli amici, quod eo diē, quo postremū Asinius visus erat, Aiuliū cum eo fuisse, & a multis visum esse cōstabat, in eū iuadūt: & hominē ante pedes Q. Maniliū, qui tū erat Trifunius, constitutū, atque ille cōtinuo nullo teste, nullo iudice, recētis maleficii consciētia p̄territus, oīa ut a me paulo ante dicta sunt, exponit: Asiniūque ab se, consilio Oppianici interfectū fatei. Extra hinc domo latitans Oppianicus a Manilio, index Aiulius ex altera parte corā tenet. Hic iam quod reliqua queritis: Maniliū plerique noratis. non ille honorē a pueritia, non studia virtutis, non vllam

Memoria
teneo.

Abortio.

Immergit
se in consue-
tudinē.

Pernoctare

Obsignato-
res.

Arenarię.

Oratio

existimationis bonę fructum vnq̃ cogitarat, sed ex petulanti, atq̃ improbo scurra, in discor-
diis ciuitatis ad eam columnam, ad quā multoꝝ sæpe conuitiis perductus erat, tū suffragiis
populi peruenerat. Itaq̃ rē cū Oppianico tranſigīt: pecuniā ab eo accipit: causam, & susceptā,
& manifestā relinquit. Ac tū in Oppianici causa, crimen hoc Asinianū cū testibus multis, tū
vero iudicio Aiuliū probabatur, in quo inter allegatos, Oppianici nomen primū esse consta-
bat, eius quē vos miserū, atq̃ innocentē, falso iudicio circūuentū esse dicitis. Quid? auiam tuā
Oppianice Dineā, cui tu es heres, pater tuus nō manifesto necauit? Ad quā cū adduxisset me
dicū illū suū iā cognitū, & sepe victorē, per quē interfecerat plurimos, mulier exclamat, se ab
eo nullo modo velle curari, quo curāte suos oēs pdidisset. Tū repēte Anconitanū quendā L.
Circūfora- Clodiū Pharmacopolā circūforaneū, q̃ casu tū Larinū venisset, aggredit, & cū eo HS. quadrin-
neus. gētis, id qđ ipsius tabulis tū est demonstratū, tranſigit. L. Clodius, q̃ pperaret, cui fora multa
reſtarēt, simul atq̃ introductus est, rē conficit. prima potione mulierē sustulit. neq̃ postea La-
Punctum rinī punctū est tēporis cōmoratus. Eadē hac Dineā testamentū faciente, cū tabulas prendisset
tēporis. Oppianicus, q̃ gener eius fuisset, digito legata deleuit: & cū id multis locis fecisset, post mor-
tē eius, ne lituris coargui posset, testamētū in alias tabulas trāscriptū signis adulterinis obſi-
gnauit. Multa p̄tereo consulto. etenī vereor, ne hęc ipsa nimīū multa esse videant: vos tñ eū
similē suū fuisse in ceteris vitę suę partibus existimare debetis. Illū tabulas publicas Larinī cē-
sorias corrupisse Decuriones vniuersi iudicauerūt: cū illo iā nemo rationē, nemo rē vllā con-
trahebat: nemo illū ex tā multis cognatis, & affinibus tutorē vnq̃ liberis suis scripsit: nemo
illū aditu, nemo cōgressione, nemo sermone, nemo cōuiuio dignū iudicabat, oēs aspernabant,
Abhorre- oēs abhorrebant, oēs vt aliquā immanē, ac perniciosam bestiā, pestēq̃ fugiebāt. Hūc tamē ho-
bant. minē tā audacē, tam nefariū, tā nocentē, nūq̃ accusasset Habitus Iudices, si id pratermittere
saluo capite suo potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat, sed tñ erat vitricus. crude-
lis, & huic infesta mater, attamen mater. postremo nihil tā remotū ab accusatione, q̃ Cluena-
tius & natura, & volūtate, & instituta ratione vitę. Sed cū esset hac illi pposita conditio, vt
aut iuste, pieq̃ accusaret, aut acerbe, indigneq̃ moreretur, accusare quoquo modo posset, q̃ il-
lo modo emori, maluit. Atq̃ vt hęc ita esse perspicere possitis, exponā vobis Oppianici faci-
nus manifesto cōp̄rtū, atq̃ dephēsū: ex quo simul vtrūq̃, & huic accusare, & illū cōdēnari
Martiales. necesse fuisse intelligetis. Martiales qđā Larinī appellabantur ministri publici Martis, atq̃ ei
deo veteribus institutis religionibusq̃ Larinatiū cōsecrati, quoz̃ cū satis magnus numerus
esset: cūq̃ itē vt in Sicilia permulti Venerei sunt, sic illi Larinī in Martis familia numeraren-
tur: repēte Oppianicus eos oēs liberos esse, ciuesq̃ Ro. cōcepit defendere. Grauius id Decurio-
nes Larinatiū, cūctiq̃ municipes tulerūt. itaq̃ ab Habito petiuerunt, vt eā causam susci-
peret, publice defendere. Habitus cū se ab omni eiusmodi negotio remouisset, tñ pro loco, p̄ an-
tiquitate generis sui, pro eo q̃ se nō solū suis cōmodis, sed etiā suoz̃ municipū, ceteroz̃q̃
necessarioꝝ natū esse arbitrabatur, tantę volūtati vniuersoz̃ Larinatum deesse noluit. susce-
pta causa, Romāq̃ delata, magnę quotidie cōrētiones inter Habitū & Oppianicū ex vtriusq̃
studio defensionis excitabātur. Erat ipse immani acerbq̃ natura Oppianicus, incēdebat eius
amentia infesta atq̃ inimica filio mater Habiti, magni aut illi sua interesse arbitrabātur, hūc
a causa Martialiū dimouere. Suberat etiā alia causa maior, quæ Oppianici hominis auarissī-
mi, atq̃ audacissimi mentē maxime cōmouebat. Nā Habitus vsq̃ ad illius iudicii tēpus, nullū
testamentū vnq̃ fecerat: neq̃ em̄ legare eiusmodi matri, poterat in animū inducere, neq̃ testa-
mento nomē omnino p̄termittere parentis. Id cū Oppianicus sciret, (neq̃ em̄ erat obscurū)
intelligebat Habito mortuo, bona eius oīa ad matrē esse vētura: quæ ab sese postea, aucta pe-
cunia maiore p̄mio, orbata filio minore periculo, necaret. Itaq̃ his rebus incēsus, quæ ratione
Fratres ge- Habitū veneno tollere conatus sit cognoscite. C. & L. Fabritiū fratres gemini fuerūt ex muni-
mini. cipio Aletrinate, hoīes inter se, cū forma, tū moribus similes, municipū aut suoz̃ dissimillī-
mi: in qbus quātus splēdor sit, q̃ p̄p̄ æquabilis, q̃ fere oīm cōstās & moderata ratio vitę, ne-
mo vestrū, vt mea fert opinio, ignorat. his Fabritiis semp̄ vsus est Oppianicus familiarissime.
Iā hoc fere scitis oēs, quātā vim habeat ad cōiūgēdas amicitias studioꝝ, ac naturæ similitudo.
Similitu- cū illi ita viuerēt, vt nullū questū turpē esse arbitrarent: cū oīs ab his fraus, oēs insidię circū
do studio- scriptionesq̃ adolescētū nascerent: cūq̃ essent vitis, atq̃ improbitate oībus notis: studiose vt
rū ac natu- dixi, ad eoz̃ se familiaritatē multis iā ante annis Oppianicus applicarat. Itaq̃ tū sic statuit,
re cōiūgūt per C. Fabritiū (nā L. erat mortuus) insidias Habito cōparare. Erat illo tēpore infirma vale-

Pro M. Cluentio. Fo. CIIII.

rudine Habitus, utebat aut medico ignobili, sed spectato hoīe Cleophanto: cuius seruū Diogenē Fabritius ad venenū Habito dādū spē, & p̄cio sollicitare cōcepit. seruus nō incallidus, sed vt ipsa res declarauit, frugī, atq; integer, sermonē Fabriti nō est aspernatus: rē ad dominū detulit. Cleophantus autē cū Habito est locutus. Habitus aut statim cū M. Bebrīo Senatore familiarissimo suo cōmunicauit: q̄ qua fide, qua prudētia, qua dignitate fuerit, meminisse vos arbitror: ei placuit vt Diogenē Habitus emeret a Cleophanto, quo facilius, aut cōphēderetur res, eius iudiciū, aut falsa esse cognoscere. Ne multis, Diogenes emittitur. venenū diebus paucis, multī viri boni cū ex occulto interuenissent, pecuniāq; obsignata, quē ad eā rē dabat, in manibus Scamandri liberti Fabritiorū dephēditur. Pro' dii immortales, Oppianicū quisq; hīs rebus cognitis, circūuentū dicit esse! Quis vnq; audacior! quis nocentior! quis apertior in iudiciū adductus est! Qd ingeniū! quā facultas dicēdi! quā a quoq; excogitata defensio huic vni crimini potuit obistere! Simul & illud, quis est qui dubitet, quin hac re comperta, manifestosq; dephensa, aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit! Satis esse arbitror demonstratū Iudices, iis criminibus accusatū esse Oppianicum, vt honeste absolui nullo modo potuerit. Cognoscite nūc ita reum citatū esse illū, vt re semel, atq; iterū p̄iudicata, cōdemnatus in iudiciū venerit. Nā Cluentius Iudices primū nomē eius detulit, cuius in manibus venenū dephēderat: is erat libertus Fabritiorū Scamander. integrū consiliū, iudicii corrupti nulla suspitio: simplex in iudiciū causa, certa res, vnū crimen allatū est. Hic tū Fabritius is, de quo ante dixi, qui liberto damnato sibi illud impēdere periculū videret, q̄ mihi cū Aletrinatibus vicinātē, & cū plerisq; eorū magnū vsum esse sciebat, frequentes eos ad me domū adduxit. Qui q̄ de homine, sicut necesse erat, existimabant: tamē q̄ erat ex eodē municipio, suā dignitatis esse arbitrabatur, eū quibus rebus possent defendere: idq; a me vt facerem, & vt causam Scamandri suscipere, petebant. in qua causa patroni omne periculum cōtinebatur. Ego qui neq; illis talibus viris, ac tā amantibus mei rem possem vllā negare: neq; illud crimē tantū, ac tā manifestū esse arbitrarer, sicut nec illi quidē ipsi, qui mihi tum illā causam cōmē dabant, arbitrabatur: pollicitus iis sum, me omnia, quā vellēt, esse facturū. Res agi cōcepta est, citatus est Scamander reus: accusabat P. Cānurius homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus: accusabat autē ille Scamandrū verbis tribus, venenū esse dephensum, omnia relationis in Oppianicū coniiciebatur, aperiēbatur causa insidiarū, Fabritiorū familiaritas cōmemorabatur, hominis vita, & audacia proferebatur: deniq; omnis accusatio varie, grauiterq; tractata ad extremū manifesta veneni dephensione conclusa est. Hic ego cū ad respondendū surrexi, qua cura dii immortales, qua sollicitudine animi, quo timore! Semp̄ eodem magno cū metu incipio dicere: quotiescūq; dico, toties mihi videor in iudiciū venire, nō ingenii solū, sed etiā virtutis, atq; officii: ne aut id profiteri videar, qd nō possim implere, qd est impudenti: aut id non efficere qd possim, qd est aut perfidię, aut negligentię. Tū vero ira sum perturbatus, vt omnia timerē: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquādo, & ita cōstitui, fortiter esse agendū: illi atati, qua tum erā, solere laudī dari, etiam si in minus firmis causis hominū periculis nō defuissem. itaq; feci, sic pugnaui, sic omni ratione cōtendī, sic ad omnia confugi, quātū ego assequi potui, remedia, ac perugia causerū, vt hoc qd timide dicā, cōsecutus sim, ne quis illi causę patronū defuisse arbitraretur. sed vt quicq; ego apphenderā, statim accusator extorquebat e manibus. si quēsierā an inimicitię Scamandro cum Habito: fatebatur nullas fuisse: sed Oppianicū, cuius ille minister fuisset, huic inimicissimū fuisse, atq; esse, dicebat. Sin autē illud egeram, nullū ad Scamandrū morte Habiti venturū emolumētū fuisse, cōcedebat, sed ad vxorem Oppianici hominis in vxoribus necandis exercitati omnia bona Habiti ventura esse dicebat. Cū illa defensione vsus essem, quā in libertinorū causis honestissima semper existimata est, Scamandrū patrono esse probatū: fatebatur, sed querebat, cui probatus esset ipse patronus. Cū ego pluribus verbis in eo cōmoratus essem, Scamandro factas insidias esse per Diogenē, constitutūq; inter eos de alia re fuisse, vt medicamentū nō venenū Diogenes afferret, hoc cuius vsui venire posse: querebat cur in eiusmodi locū tā abditū, cur solus, cur cū obsignata pecunia venisset! Deniq; hoc loco causa testibus honestissimis hominibus p̄mebatur. M. Bebrīus suo consilio Diogenē emptū, se p̄sente Scamandrū cū veneno pecuniāq; dephensum esse dicebat. P. Quintius Varus homo summa religione, & summa auctoritate p̄ditus, de insidiis, quā fierent Habito, & de sollicitatione Diogenis recēti re secū Cleophantū

Timor Cluentio in initio dicendi,

quicquid,

Oratio

locutum esse dicebat. atque in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur: verbo ille reus erat: re quidem vera, & periculo, & tota accusatione, Oppianicus. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare villo modo poterat: aderat frequens, aduocabat, omni studio gratiaque pugnat: postremo id quod maximo malo illi causae fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, se debat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniciebantur: timor eius, perturbatio, suspensus, incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quae erant antea suspiciosa, haec aperta, ac manifesta faciebant. Cum in consilium iri oporteret, quasiuit ab reo C. Iunius Quasitor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, clam an palam de se sententiam ferri vellent: de Oppianici sententia responsum est, quod is Habiti familiarē Iunium esse dicebat, clam velle ferri. Itum est in consilium: omnibus sententiis praeter unam, quam suam Stalenus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium, qui Scamandro condemnato non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenum id quod Habito daretur, esse quasitum? quae porro tenuissima suspitio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, ut is sua sponte necare voluisse Habitum putaretur? Atque hoc tum iudicio facto, & Oppianico re, & existimatione iam, lege & pronuntiatione nondum condemnato, tamen Habitus Oppianici reum statim non fecit. voluit cognoscere, utrum iudices in eos solos essent seueri, quos venenum habuisse ipsos coperissent: an etiam consilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent. Itaque C. Fabritium, quae propter familiaritatem Oppianici consciū illi facinori fuisse arbitratur, reum statim fecit: utque ei locus primus contingeretur, propter causae coniunctionem impetrauit. Hic tamen Fabritius non modo ad me meos vicinos, & amicos Aletrinales non adduxit, sed ipse iis neque defensoribus uti postea, neque laudatoribus potuit. Rem enim integram hominis non alieni, quis suspiciosam defendere, humanitatis esse putabamus: iudicatum labefactare conari, impudentiae. Itaque tamen ille inopia & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, ut quicquid dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio poneret. Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus queritur. in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur. Citatur reus, agitur causa, paucis verbis accusat ut de re iudicata Cannutius. Incipit longo, & alte petito prooemio respondere maior Cepasius. Primo attente auditur eius oratio: erigebat animum iam demissum, & oppressum Oppianicus, gaudebat ipse Fabritius: non intelligebat animos iudicum, non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoueri. posteaque de re coepit dicere, ad ea quae erant in causa, addebat etiam ipse noua quaedam vulnera. Hoc quidem sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed preuaricari accusationi videbatur. Itaque cum callidissime se dicere putaret, & cum illa verba grauissima ex intimo artificio deproposisset, Respicite Iudices hominum fortunas, respicite dubios, variosque casus, respicite C. Fabritii senectutem: cum hoc respicite ornandae orationis causa saepe dixisset, respexit ipse: at C. Fabritius a subsellis demisso capite discesserat. Hic iudices ridere, stomachari, atque acerbe ferre: patronus causam sibi eripi, & se cetera de illo loco, respicite iudices, non posse dicere: nec quicquam propius est factum, quam ut illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Iam tamen Fabritius primum suo iudicio, quod est grauissimum: deinde legis vi, & sententiis iudicum est condemnatus. Quid est quod iam de Oppianici causa plura dicamus? apud eosdem iudices reus est factus, cum is duobus iudiciis iam damnatus esset: ab iisdem autem iudicibus, qui Fabritiorum damnatione de Oppianico iudicarent, locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus grauissimis, iis quae a me breuiter dicta sunt, & praeterea multis, quae ego omnia nunc omitto: accusatus est apud eos, qui & Scamandrum ministrum Oppianici, & Fabritium conscium maleficii condemnarant. utrum per deos immortales magis est mirandum, quod is condemnatus est: an quod omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocentes Fabritios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudiciis debuerunt. An vero illi sua per se ipsi iudicia rescinderent? cum ceteri soleant in iudicando ne ab aliorum iudiciis discrepent, prouidere: & illi qui Fabritii libertum, quia minister in maleficio fuerat: patronum, quia conscius, condemnassent: ipsum principem atque architectum sceleris absoluerent? & qui ceteros nullo prauiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent: hunc, quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? tamen illa iudicia Senatoria, non falsa iudicia, sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operata dedecore, & infamia,

Morbis difficillimis, medicus nobilissimus, causae difficillimae patronus deterrimus adhibetur.

Ridicula actio.

Architectus sceleris.

defensionē locū nullū reliquissent. Quid em̄ tandē illi iudices respōderēt: si q̄s ab iis quēreret, cō
demnatis Scamādrū, quo crimine: nēpe q̄ Habitu per seruū medici veneno necare voluisset.
Quid Habitu morte Scamāder conseq̄ebat: nihil. sed administer erat Oppianici. Admini-
stis C. Fabritiū, quid ita: quia cū ipse familiarissime Oppianico vsus, libertus aut̄ eius in ma- ster,
lesticio deprehensus esset, illū expertē eius consiliū fuisse non probabat. Si igit̄ ipsum Oppiani
cum bis suis iudiciis cōdemnatū absoluissent, quis tantā turpitudinē iudiciorū: quis tantā in
constantiam rerū iudicatarū, quis tantā libidinē iudiciū ferre potuisset? Q̄ si hoc videtis, qđ
iā hac oratione patefactū est, illo iudicio reū cōdemnari, p̄fertim ab iisdē iudicibus, qui duo
p̄iudicia fecissent, necesse fuisse: simul illud videatis necesse est, nullā accusatori causam esse
potuisse, cur iudiciū vellet corrūpere. Quaro em̄ abs te Tite Acti, relictis iam ceteris argumē
tis omnibus, num Fabritios quoq̄ innocentes cōdemnatos existimes: nū etiā illa iudicia pe
cunia corrupta esse dicas: quibus iudiciis alter a Staleno solo absolutus est, alter etiā ipse se
cōdemnauit? Age, si nocentes, cuius maleficii: nunqđ p̄ter venenū quēsitū, quo Habitus ne
caretur, obiectum est: nunqđ aliud in illis iudiciis versatum est, p̄ter hasce insidias Habito
ab Oppianico p̄ Fabritios factas: nihil vnq̄ aliud iudices reperietis. Extat memoria, sunt tabu
læ publicæ: redargue me, si mentior: testiū dicta recita: doce in illorū iudiciis quid p̄ter hoc
venenū Oppianici, nō modo in criminis, sed in maledicti loco sit obiectū. Multa dici possunt
quare ita necesse fuerit iudicari, sed ego occurrā expectationi vestræ iudices. Nā etsi a vobis
sic audior, vt nunq̄ benignius, neq̄ attētius quēq̄ auditū putem, tamē vocat me alio iādudū
tacita vestra expectatio, quē mihi obloq̄ videt. Quid ergo: negas ne illud iudiciū esse corrup
tū: non nego, sed ab hoc corruptū non esse, cōfirmo. A quo igit̄ est corruptū: opinor, primū
si incertū fuisset, quisnā exitus illius iudicii futurus esset, verisimilius tamen esset, eū potius
corrupisse, qui metuisset ne ipse condemnaretur, q̄ illum, qui veritus esset, ne alter absolue
retur, deinde cum esset nemini dubium quod iudicari necesse esset, eum certe potius qui sibi
alia ratione diffideret, q̄ eum qui omni ratione confideret, postremo certe potius illum, q̄ bis
apud eos iudices offendisset, q̄ eum, q̄ bis causam iis probauisset. Vnū qđ certe nemo erit tā
iniquus Cluentio, q̄ mihi nō cōcedat, si constet corruptū illud esse iudiciū, aut ab Habito, aut
ab Oppianico esse corruptū, si doceo nō ab Habito, vinco ab Oppianico, si ostendo ab Oppia
nico, purgo Habitu. Quare etsi satis docui, rationē nullā huic corrūpendi fuisse, ex quo intel
ligit̄ ab Oppianico esse corruptū, tamē de illo ipso separatim cognoscite. Atq̄ ego illa nō ar
gumentabor, quē sunt grauiā vehemēter: eū corrupisse, q̄ in periculo fuerit: eum, q̄ metuerit:
eū, q̄ spem salutis in alia ratione nō habuerit: eū, q̄ semp̄ singulari fuerit audacia. multa sunt
eiusmodi, verū cū habeā rē nō dubiā, sed apertā, atq̄ manifestā, enumeratio singulorū argu
mentorū nō est necessaria. Dico C. Aelio Staleno iudiciū pecuniā grādē Stathiū Albiū ad cor
rumpendū iudiciū dedisse, nunquis negat: te appello Oppianice, te T. Acti, quorū alter eloquē
tia damnationē illā, alter tacita pietate deplorat, audete negare ab Oppianico, Staleno iudici
ci pecuniā datā: negate, negate inquā in eo loco, qđ tacetis: At negare nō potestis, qđ repeti
stis, qđ cōfessi estis, qđ abstulistis, quo tandē igit̄ ore mentionē corrupti iudicii facitis: cū ab
ista pte, iudiciū pecuniā ante iudiciū datā, post iudiciū ereptā esse fateamini? Quonā igit̄ hac
modo gesta sunt: repetā paulo altius iudices: & oīa, quē in diuturna obscuritate latuerūt, sic
aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Vos quēso vt adhuc me attēte audistis, itē, quē reli Cernere
qua sunt, audiat: p̄fecto nihil a me dicet, qđ nō dignū hoc cōuētu, & silentio, dignū vestris oculis,
studiis, atq̄ aurib⁹ eē videat. Nā vt primū Oppianicus, ex eo, q̄ Scamāder reus erat fact⁹, qđ
sibi impēderet, coepit suspicari, statim se ad hoīs egētis, audacis, in iudiciis corrūpēdis exerci
tati, tū autē iudicis, Staleni familiaritatē applicauit. Ac primū Scamādro reo, tantū donis da
tis muneribusq̄ p̄fecerat, vt eo auctore vteret̄ cupidiorē, q̄ fides iudicis postulabat. Post autē
cū esset Scamāder vnus Staleni sentētia absolut⁹, patronus aut̄ Scamādrī ne sua qđ senten
tia liberat⁹, acriorib⁹ salutis suę remediis subueniēdū putauit. Tū a Staleno, sicut ab hoīe ad
excogitādū acutissimo, ad audēdū impudētissimo, ad efficiēdū acerrimo (hac em̄ ille, & ali
qua ex parte habebat, & maiore ex parte se habere simulabat) auxiliū capiti, & fortunis suis
petere coepit. Iā hoc ignoratis iudices: vt etiā bestię fame domināte plerūq̄ ad eū locū, vbi pa Similitudo
ste aliquādo sint, reuertant̄: Stalenus ille biēnio ante, cū causam bonorū Sasinii Atellæ rece pulchra,
pisset, sexcētis millibus nūmū se iudiciū corrupturū esse dixerat, q̄ cū accepisset a pupillo, sup Fame do
pressit, iudicioq̄ facto, nec Sasinio, nec bonorū emptoribus reddidit. Quā cum pecuniā p̄su minante,

Oratio

Desperare
saluti.

Verba secū
deliberātis

† spe gulæ.

Planus.

disset, & sibi nihil nō modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem qdem reliqisset, statuit ad easdē sibi pcedas, ac suppressiones iudiciales reuertendū. Itaq; cum Oppianicū iam perditum, & duobus iugulatū pēiudiciis videret, promissis eū suis excitauit abiectū, & simul salutē desperare vetuit. Oppianicus orare hoīem cōpēt, vt sibi rationē ostenderet iudiciū corripēdi. Ille autē (quemadmodū ex ipso Oppianico postea est auditū) negauit quēq; esse in ciuitate pter se, q id efficere possit, sed primo grauari cōpēt, q adilitatē se petere cū hoibus nobilissimis, & inuidiā, atq; offensionē timere dicebat. post exoratus, initio permagnā pecuniā poposcit. deinde ad id peruenit, qd confici potuit, & sestertia sexcēta quadraginta millia de ferri ad se domū iussit. Quē pecuniā simulatq; ad eū delata est, homo impurissim⁹ statim cōpēt in eiusmodi mente & cogitatione versari. nihil esse suis rationibus vtilius, q Oppianicū condemnari. illo absoluto, pecuniā illā aut iudicibus dispartienda, aut ipsi esse reddenda, damnato, repetiturū esse neminē. itaq; rē excogitat singularē. Atq; hęc Iudices, quē vere dicuntur a nobis, facilius credetis, si cū animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitā, & naturā volueritis. Nā perinde vt opinio est de cuiusq; moribus, ita qd ab eo factū, & nō factū sit, existimari potest. Cū esset egēs, sumptuosus, audax, callidus, pfidiosus: & cū domi suę, miserimus, & inanissimus tantū nūmorū positū videret: ad oēm malitiā & fraudē versare mētē suā hęc secū cogitās cōpēt. Dem ne iudicibus: mihi igit ipsi pter periculū, & infamiā quid querat: nihil excogitē, quāobrem Oppianico damnari necesse sit: q tādē: nihil em est qd fieri nō possit. Si qs eū forte casus ex periculo eripuerit, nōne reddendū est: pcepitātē igit impellam⁹ inqt, & perditū psternamus. Capit hoc cōsiliū, vt pecuniā qbusdā iudicibus leuissimis polliceatur: deinde eā postea supprimat: vt quoniā graues hoīes sua sponte seuerē iudicatuos putabat: hos, q leuiore erāt, destitutiōe iratos Oppianico redderet. Itaq; vt erat semp prepositus, atq; peruersus, initiū facit a Bulbo, & eū q iādū nihil quāsierat, tristē atq; oscitantē leuiter impellit, quid tu inqt: ecqd me adiuvās Bulbe, ne gratis Reipu. seruiamus? Ille vero, si mulatq; hoc audiuit, ne gratis, quo voles inqt sequar: sed qd affers? tum ei quadraginta millia, si esset absolutus Oppianicus polliceat: & eū vt ceteros appeller, qbuscum loq consueffet, rogat: atq; etiā ipse cōditor totius negotiū Guttā aspergit huic Bulbo, itaq; minime amarus is visus est, q aliqd ex eius sermone † speculæ degustarat. Vnus & alter dies intercesserat, cū res parum certa videbatur, sequester & confirmator pecunię desiderabatur. Tum appellat hilarī vultu hominem Bulbus, vt blandissime potest: qd tu inqt Pacete? (hoc em sibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne si se Ligurem fecisset, nationis magis suę, q generis vti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, querunt a me vbi sit pecunia. Hic ille planus improbissimus questu iudiciario pastus, q illi pecunię, quā condiderat, spe iam atq; animo incubaret, contrahit frontem, (recordamini faciem, atq; illos eius fictos si mulatosq; vultus) queritur se ab Oppianico destitutū, & q esset totus ex fraude & mendacio factus, qq; ea vitia, quæ ab natura habeat, etiā studio, atq; artificio quodam malitię cōdiuisset, pulchre asseuerat se ab Oppianico destitutū: atq; hoc addit testimoniū, sua illū sententiā, quā palā omnes latūri essent, cōdemnatū iri. Manarat sermo in consilio, pecunię quādam mentionem inter iudices esse versatam: res neq; tam fuerat occulta, q erat occultanda, neq; tam erat aperta, q Reip. causa aperienda. In ea obscuritate, ac dubitatione oīm, Cānutio perito hominī, q quodā odore suspicionis Staleni corruptum esse sensisset, neq; dum rē pfectā arbitraret, placuit repente iudices pronunciare. dixerunt se id velle. Hic tū Oppianicus nō magnopere pertimuit, rem a Staleno pfectā esse arbitrabat. in consiliū erāt ituri Iudices triginta & duo: sententiis decē, & sex absolutio cōfici poterat: HS. quadraginta millia nūmū in singulos Iudices distributa eū numerū sententiā cōficere debebāt, vt ad cumulū, spe maiorū prāmiorū ipsius Staleni sententiā septimadecima accederet. Atq; etiā casu tū, q illud repete erat factū, Stalenus ipse nō aderat, causam nescio quā apud iudicem defendebat. Facile hoc Habitus patiebat: facile Cānutius. At nō Oppianicus, neq; patronus eius L. Quintius, q cū esset eo tempore Tribunus plebis, cōuitiū C. Iunio iudici questionis maximū fecit, vt ne si ne Staleno in cōsiliū iretur: cūq; id ei p viatores consulto negligētius agi videret, ipse e publico iudicio ad priuatū Staleni iudiciū profect⁹ est, & illud pro potestate dimitti iussit, Staleni ipse ad subfellia adduxit. Cōsurgit in consiliū, cū sententiās Oppianicus, quē tū erat potestas, palā ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, qd cuiq; deberet. varia iudiciū gēna, nūmarū pauci, sed oēs irati, vt q accipere in cāpo cōsuerunt, iis candidatis, quorū nūmos sup-

pressos esse putat, inimicissimi solent esse: sic eiusmodi iudices infesti tum reo venerant. Ceteri nocentissimum esse arbitrabantur: sed spectabant sententias eorum, quos corruptos putabant: ut ex his constituerent, a quo iudicium corruptum videretur. ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo, & Staleno, & Gutte esset iudicandum. summa omnium expectatio, quidnam sententiae ferrent leues ac numerarii iudices, atque illi omnes sine ulla dubitatione condemnant. Hic tamen iniectus est homini-
 bus scrupulus, & quaedam dubitatio, quidnam esset actum, deinde homines sapientes ex veteri illa disciplina iudiciorum, quae neque absolvere hominem nocentissimum possent: neque eum de quo esset orta suspitio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Non nulli autem seueri homines, hoc statuerunt, quo quisque animo quid faceret, spectari oportere: etsi alii pecunia accepta verum iudicabant, tamen nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere. Itaque damnarunt, quoniam omnino fuerunt, quod illud vestrum innocentem Oppianicum siue imprudentia, siue misericordia, siue aliqua suspitione, siue ambitione adducti absoluerent. Condemnato Oppianico, statim L. Quintius homo maxime popularis, quod omnis rumorum, & concionum ventos colligere consueffet, oblatam sibi facultatem putauit, ut ex inuidia senatoria posset crescere, quod eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur. Habet una, atque altera concio vehemens, & grauis: accepisse pecuniam iudices, ut innocentem reum condemnarent, Tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat, nulla esse iudicia: quod pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. homines totius ignari negotii, quod Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, & hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarent, incensi suspitione rem in medium vocare coeperunt, & causam illam totam deposcere, atque illo ipso tempore in aedes T. Annii hominis honestissimi, necessarii, & amici mei noctu Stalenus accersitus ab Oppianico venit. Iam cetera nota sunt omnibus: ut cum illo Oppianicus egerit de pecunia: ut ille se redditurum esse dixerit: ut eorum sermonem omnem audierint viri boni, quod tum consulto prope in occulto steterant: ut res patefacta, atque in forum plata, & pecunia omnia a Staleno extorta atque erepta sit. Huius Staleni persona populo iam nota, atque perspecta, ab nulla turpi suspitione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciasset, quod erat in concione non intelligebatur: neque enim docebant: versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebatur, innocentem reum condemnatum esse audiebatur: Staleni sententia condemnatum videbatur: non gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, iudicabant: similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspitio consistebat. Itaque confiteor (licet enim iam impune hoc praesertim in loco confiteri) quod Oppianici non modo vita, sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset: indignissimum porro videretur circumuentum esse innocentem pecunia: hanc deinde suspitionem auget Staleni improbitas, & nonnullorum eius similium iudicium turpitudine: causam autem ageret L. Quintius homo cum summa potestate praeditus, tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: summam illi inuidiam, infamiamque esse constat. Atque in hac flamma recentem C. Iunium, qui illi questionem praefuerat, iniectum esse memini, & illum hominem Aedilitium, iam Praetorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore hominum de foro, atque adeo de ciuitate esse sublatum. Neque me poenitet hoc potius tempore, quam illo causam A. Cluentii defendere. Causa enim manet eadem, quae mutari nullo modo potest: temporis iniquitas, atque inuidia recessit. ut quod in tempore mali fuit, nihil obsit: quod in causa boni fuit, praesit. Itaque nunc quemadmodum audiar, sentio, non modo ab his, quorum iudicium, atque potestas est, sed etiam ab illis, quorum tantum est existimatio, at tum si dicerem, non audiret, non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud. id adeo sic cognoscite. Quis tamen auderet dicere nocentem condemnatum esse Oppianicum: quis nunc id audet negare? Quis tamen posset arguere ab Oppianico tentatum esse iudicium pecunia: quis id hoc tempore inficiari potest? Cui tamen liceret docere Oppianicum reum factum esse: tum denique, cum duobus proximis praedictis condemnatus esset: quis est, qui id hoc tempore infirmare conetur? Quare inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata est, vestra fides, atque aequitas a veritatis disceptatione reiecit, quid est praeterea quod in causa relinquatur? versatam esse in iudicio pecuniam constat, ea quaeritur unde profecta sit, ab accusatore an ab reo? Accusator dicit haec: primum, grauissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia, deinde, condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset, postremo, etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contra reus? primum ipsam multitudinem & atrocitatem criminum primiscebam, deinde Fabritius propter conscientiam mei sceleris condemnatis, me esse condemnatum sentiebam, postremo, in eum casum veneram, ut omnis mearum fortunarum status unius iudicii periculo contineretur.

Oratio

Age, quoniam corrumpendi iudicii causas ille multas, & grauis habuit, hic nullam, profectio ipsius pecunie regrad. Consecit tabulas diligentissime Cluentius. hec autem res habet hoc certe, ut nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere. Anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versat: cum omnia, quae nunc ad eam rem pertinent, & ex huius, & ex aliorum tabulis agerentis, tractatis, inquiritis: cum interea Cluentianae pecunie vestigiū nullū inuenitis. Quid? Albiana pecunia vestigiis ne vobis odorata est? an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? tenent vno in loco HS. sexcenta quadraginta millia nummū: tenent apud hominē audacissimū: tenent apud iudicē: quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad iudiciū corrupendū constitutus. Cur eū, cum in consiliū iretur, Cluentius, & Cannutius abesse patiebant: cum in consiliū mittebant, Stalenū iudicē, cui pecuniā dederant, nō regrebāt? Oppianicus querebat: Quintius flagitabat: sine Staleno ne in consiliū iret, Tribunitia potestate pfectū est? At cōdemnauit, hanc enim damnationē dederat obfidē Bulbo, & ceteris, ut destitutus ab Oppianico videret. Quare si istinc causa corrupendi iudicii, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc denique oīs fraus & audacia est: hinc pudor, honesta vita, & nulla suspitio pecunie, nulla corrumpendi iudicii causa: patiamini veritate patefacta, atque omni errore sublato, eo transire illius turpitudinis infamiā, ubi cetera maleficia consistant: ab eo inuidiā discedere aliquādo, ad quē nunquam accessisse culpā videtis. At enim pecuniā Staleno dedit Oppianicus, non ad corrupendū iudiciū, sed ad conciliationē gratiē. te ne hoc Acti dicere, tali prudētia, etiā vsu, atque exercitatione praeclitum? Sapientissimū esse dicunt eū, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentē. proxime accedere illū, quod alterius bene inuenitis obtēperet. in stultitiā cōtra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentē venit: quā ille, quod stulte alteri venit in mentē, cōprobat. Istā cōciliationē gratiē Stalenus tū recēti re, cum faucibus pmeret, excogitauit: siue ut hoīes tum loquebant, a P. Cethego admonitus, istā dedit conciliationis, & gratiā fabulā. Nam fuisse hunc hoīm sermonē recordari potestis: Cethegum, quod hominem odisset, & quod ei? improbitate versari in Rep. nollet, & quod videret eum, quod se ab reo pecuniā, cum iudex esset, clam atque extra ordinem accepisse confessus esset, saluum esse non posse, minus ei fidele consiliū dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi aduersarium remouere voluisse. Sin erat eiusmodi causa, ut Stalenus nummos se accepisse negare non posset: nihil autem erat periculiosius, nec turpius, quā ad quā rem accepisset confiteri: non est consiliū Cethegi reprehendendum. Verum alia causa tum Staleni fuit, alia nunc Acti tua est. ille cum re pmeretur, quod cum quod diceret, honestius diceret, quā si quod erat factum, fateretur. te vero illud idē, quod tū explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiā redire cum Oppianico Cluentius? quod cum matre habebat simultates: herebat in tabulis publicis reus, & accusator: cōdenati erant Fabritii: nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumnie relinquere accusationē Cluentius, an ut praeuicaretur? iam id quoque ad corrumpendum iudiciū pertinet. sed quod opus erat ad eam rem iudice sequestre? & omnino, quāobrem tota ista res per Stalenum potius, hoīem ab utroque alienissimū, sordidissimū, turpissimū, quā per bonū aliū quem virum ageret, & amicū, necessariūque cōmunē? Sed quod ego hac pluribus, quasi de re obscura dispute? cum ipsa pecunia, quae Staleno data est, numero, ac summa sua nō modo quāta fuerit, sed etiā ad quā rem data fuerit, ostendat. Sexdecim dico iudices, ut Oppianicus absolueret, corrupendos fuisse: ad Stalenū sexcenta & quadraginta millia nummū esse delata. Si ut tu dicis, gratiē cōciliandē causa, quadraginta istorū accessio milliū quid valet? si, ut nos dicimus, ut DCXL. millia nummū sexdecim iudicibus darent, nō Archimedes melius potuit de te hoc tēpus omnino ista ipsa res suo nomine in iudiciū nunquam est vocata: ita multū agitata, ita diu iactata ista res est, ut hodierno die primū causa illa defensa sit, hodierno die primū veritas vocem cōtra inuidiā his iudicibus freta miserit. Verūtamen multa ista iudicia quae sunt? Ego enim me ad omnia confirmaui, & sic paraui, ut docerem quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruine similia, aut tempestati, quā iudicio, & disceptioni fuisse, partim nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim esse eiusmodi, ut ne quod appellata vñq iudicia sint, neque existimata. Hic ego magis ut consuetudinem seruem, quā quod vos non vestra hoc sponte faciatis, petā a vobis, ut me dum de his singulis disputo iudiciis, at tēte audiat, Cōdemnatus est C. Iunius, quod ei quāstioni pfuerat. adde etiā illud si placet: tū est cōdenatus, cum esset iudex quāstionis. nō modo cause, sed ne legi quod quicquid per Tribunū pl. laxamen-

Hesiodi de
sapiētibus
sententia.

Præuaria-
ri.

Archime-
des nō me
describere.

ei datū est. quo tempore illū a q̄stione ad nullū aliud Reip. munitis adduci licebat, eo tempore
 ad q̄stionē ipse arreptus est. At quā q̄stionē? vultus em̄ vestri Iudices me inuitāt, vt quae
 reticēda putarē, libeat iā libere dicere. Quid illa tādē q̄stio, aut disceptatio, aut iudiciū fuit?
 putato fuisse, dicat q̄ vult hodie de illo populo concitato, cui tū mos gestus est, qua de re Iu-
 nius causam dixerit. Quēcūq; rogaris, hoc respondebit. q̄ pecuniā acceperit, q̄ innocentē cir-
 cūuenerit. Est hęc opinio. at si ita esset, hac lege accusatū esse oportuit, qua accusat Hābitus.
 At ipse ea lege q̄rebat. Paucos dies expectasset Quintius, at neq; priuatus accusare, nec sedata
 iam inuidia volebat. Videris igit nō in causa, sed in tēpore, ac potestate spem oēm accusato-
 ris fuisse. Muletā petiuit, qua lege? q̄ in legē non iurasset, quae res nemini vnq̄ fraudi fuit: & q̄
 C. Verres Prētor vrbānus homo sanctus, & diligens subfortitionem eius in eo codice nō ha-
 beret, qui tū interlitus proferebat. His de causis C. Iunius cōdemnatus est Iudices, leuissimis
 & infirmis, quas omīno in iudiciū afferri non oportuit. itaq; oppressus est nō causa, sed
 tēpore. Hoc vos Cluentio iudiciū putatis obesse oportere: quā ob causam? si ex lege subforti-
 tus nō erat Iunio, aut si in legē aliq̄n nō iurauerat, idcirco illius damnatiōe aliqd de Cluentio
 iudicabat? Nō igit, sed ille idcirco his legib; cōdenat; est, q̄ cōtra aliā legē cōmiserat. Qui hoc
 cōfiteat, possunt illud idē iudiciū fuisse defendere. Ergo idcirco ingit infestus tū Prator Iu-
 nio fuit, q̄ illud iudiciū corruptū p̄ eū putabat. Nū igit hoc tpe causa mutata est: nū alia res,
 alia ratio illi iudiciū, alia natura toti negotiū nūc est, ac tū fuit? nō opinor, ex iis rebus q̄ ge-
 ste sunt, rē vllā potuisse mutari. Quid ergo est causa, q̄ nūc nostra defēso audiat tāto silētiō?
 tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tū in causa nihil erat prater inuidiā, er-
 rorē, suspitionē, conciones quotidianas seditiose, ac populariter concitatas, accusabat Tribu-
 nus plebis, idē in concionibus, idē ad subsellia, ad iudiciū nō modo de concione, sed etiam
 cū ipsa concione veniebat, gradus illi Aurelii tū noui, quasi pro theatro illi iudicio adifica-
 ri videbant: quos vbi accusator concitatis hoībus cōplerat, non modo dicendi ab reo, sed ne
 surgendi qdē potestas erat. Nuper apud C. Orchiniū Collegā meū, locus ab iudicibus Fausto
 Syllae de pecuniis residuis nō est cōstitutus: nō quo illi, aut ex legem esse Syllā, aut causam pe-
 cuniā publicē contēptā atq; abiectā putarent: sed q̄ accusante tribuno plebis cōditione equa
 disceptari posse nō putauerunt. Quid? cōferā Syllā ne cū Iunio? an hunc tribunū pl. cū Quin-
 tio? an vero tēpus cū tēpore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinis, necessariis, clientibus
 plurimis, hęc aut apud Iuniū parua, & infirma, & ipsius labore quāsita, atq; collecta. Hic Tri-
 bunus pl. modestus, prudēs, nō modo non seditiosus, sed etiā seditiosis aduersarius, ille autē
 acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Tēpus hoc tranquillum, ac pacatū, illud
 oībus inuidiē tēpestatibus concitatū. Quē cū ita essent, in Fausto tamē illi iudices statuerūt,
 iniqua cōditione reū causam dicere, cū aduersario eius ad ius accusationis summa vis pote-
 statis accederet. Quā qdē rationē vos Iudices diligenter p̄ vestra sapiētia, & humanitate cogi-
 tare, & penitus sp̄icere debetis, qd malī, quātū periculi vniciq; nostrū inferre possit vis tri-
 bunitia, cōflata p̄sertim inuidia, & cōcionibus seditiose cōcitatis, optimis hercle tēporib; tū
 cū hoīes se nō iactatione populari, sed dignitate, atq; innocētia tuebant: tamē nec C. Popili;
 nec Q. Metellus clarissimi, atq; amplissimi viri vim tribunitiā sustinere potuerunt, nedū his
 temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapiētia, ac iudiciorū remediis salui
 esse possim? Nō fuit igit illud iudiciū iudiciū simile Iudices, nō fuit: in quo nō modus est ha-
 bit; nō mos cōsuetudoq; seruata, nō causa defēsa, vis illa fuit, & vt saepe iā dixi, ruina quae-
 dā, atq; tēpestas, & qdvis potius, q̄ iudiciū, aut disceptatio, aut q̄stio. Qz si qs est, q̄ illud iudi-
 cium fuisse arbitret, & q̄ his rebus iudicatis standū putet: is tamen hanc causam ab illa debet
 seiungere. ab illo enim, siue q̄ in legem non iurasset, siue q̄ ex lege subfortitus iudicem non
 esset, mulcta petita esse dicitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus, quibus ab Iunio mul-
 ta petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. At etiam Bulbus est condemnatus, adde,
 maiestatis, vt intelligas hoc iudiciū cum illo non esse coniunctum. At est hoc illi crimen
 obiectum, fateor, sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico, C. Cosconii literis, &
 multorum testimoniis planum factum est, qd crimen erat proprium illius q̄stionis, & quae
 res lege maiestatis tenebat. At hoc obfuit ei maxime. iā ista diuinatio est, qua si vti licet, vide-
 ne mea cōiectura multo sit verior. Ego em̄ sic arbitror. Bulbū, q̄ homo nequā, turpis, impro-
 bus, multis flagitiis contaminatus in iudiciū sit adduct; idcirco facilius esse damnatū, tu
 mihi ex tota causa Bulbū, qd tibi cōmodū est, eligis, vt id esse secutos iudices dicas. Quapro-

Causam di-
 cere.
 pter hoc Bulbi iudiciū nō plus obesse huic causę debet, q̄ illa, q̄ cōmemorata sunt ab accusa-
 tore, duo iudicia, P. Popilii, & T. Gutte, q̄ causam de ambitu dixerūt, q̄ accusati sunt ab iis, q̄
 erāt ipsi ambitus cōdemnati: quos ego nō idcirco esse arbitror in integrū restitutos, q̄ planū
 fecerint, illos ob rē iudicandā pecuniā accepisse: sed q̄ iudicibus pbarint, q̄ in eodē genere,
 in quo ipsi offenderent, alios reprehēderent, se ad premiā legis venire oportere. Quapropter
 neminē dubitare existimo, qn̄ illa damnatio ambitus nulla ex parte cū causa Cluentii, vestro
 q̄ iudicio coniuncta esse possit. Quid, q̄ Stalenus est condemnatus? nō dico hoc tēpore lu-
 dices id, qd̄ nescio an dici oporteat, illū maiestatis esse damnatū: non recito testimonia hoīm
 honestissimorū, quę in Stalenū sunt dicta ab iis, q̄ M. Aemilio clarissimo viro Legati, & prese-
 cti, & Tribuni militares fuerūt: quorū testimoniis planū factū est, maxime eius opera, cū Que-
 stor esset, in exercitu seditionē esse constatā, ne illa qdem testimonia recito, quę dicta sunt de
 HS. DC. millibus, quę ille cum accepisset nomine iudicii Sabiniani, sicut in Oppianici iudicio
 Supprime-
 re,
 postea, retinuit, atq̄ suppressit. Omitto & hęc, & alia p̄ multa, quę illo iudicio in Stalenū di-
 cta sunt. Hoc dico, eandē tum fuisse P. & L. Cominiis, Eqtibus Ro. honestissimis hoīb., & di-
 fertis cōtrouerfiā cū Staleno, quę accusabāt, quę nūc mihi est cū Actio. Cominiū dicebant idē
 qd̄ ego dico: Stalenū ab Oppianico pecuniā accepisse, vt iudiciū corrūperet. Stalenus cōcilian-
 de grātiā causa se accepisse dicebat. irridebat hęc illius recōciliatio, & p̄sona viri boni susce-
 Ad luture-
 ne.
 Nūmarius
 interpret
 pacis.
 pra, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad luture: qbus subscripsit, reges ab se in gratiam
 esse reductos: exagitabant oēs eius fraudes, atq̄ fallacię: tota vita in eiusmodi ratione versa-
 ta aperiēbat: egestas domestica, quęstus forensis in mediū pferebat, nūmarius interpret pacis
 & cōcordiā non probabat. Itaq̄ tū Stalenus cū idē defenderet quod Actius, cōdemnatus est.
 Cominiū cū hoc agerent, qd̄ nos in tota causa egimus, probauerunt. Quāobrē si Staleni da-
 mnatione, Oppianici iudiciū corrūpere voluisse: Oppianici iudici ad emēdas sentētiās de-
 disse pecuniā, iudicatum est: cum ita constitutum sit, vt in illa culpa, aut Cluentius sit, aut
 Oppianicus: Cluentii nūmus nullus iudici datus vllō vestigio reperitur, Oppianici pecuniā
 post iudiciū factum a iudice ablata est: potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non
 modo non sit contra Cluentiū, sed maxime nostrā causam defensionēq̄ cōfirmet. Ergo adhuc
 Iunii iudiciū video esse eiusmodi, vt incursionē poti⁹ seditiōis, vim multitudinis, impetū tri-
 bunitiū, q̄ iudiciū appellādū putē, q̄ si q̄ illud iudiciū appellet, tñ hoc cōfiteat̄ necesse est, nul-
 lo modo illā multā, quę a Iunio petita sit, cū Cluentii causa posse cōiūgi. Illud igit̄ Iunianū p̄
 vim factū est: Bulbi, & Popilii, & Gutte, contra Cluentiū nō est: Staleni etiā p̄ Cluentio. Vi-
 deam⁹ ecquod aliud iudiciū, qd̄ pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixit ne tādē causam C.
 Fidiculanus Falcula: qui Oppianicum condemnarat: cum p̄sertim id qd̄ fuit in illo iudici-
 cio inuidiosissimum, post paucos dies ex subfortitiōe sedisset, dixit, & bis qdem dixit. In sum-
 mam enim L. Quintius inuidiā concionibus eum quotidianis seditiōis, & turbulentis addu-
 xerat. vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio: q̄ non suę Decurię munere, neq̄ ex
 lege sedisset. Paulo sedatiore tēpore est accusat⁹, q̄ Iunius, sed eadē fere lege & crimine. quia
 nulla in iudicio seditiō, neq̄ vis, neq̄ turba versata est, prima actione facillime est absolutus.
 Non numero hanc absolutionē, nihilo minus em̄ potest, vt illā multā non commiserit, ac-
 cepisse tamē ob rē iudicandā, captam nūq̄. Stalenus eadē lege dixit, propriū crimen illud
 q̄stionis eius non fuit. Fidiculanus qd̄ fecisse dicebatur: accepisse a Cluentio HS. CCC. cuius
 erat ordinis: Senatorii. qua lege in eo genere a Senatore ratio repeti solet de pecuniis repetū-
 dis, ea lege accusatus, honestissime est absolutus. Acta est enim causa more maiorū, sine vi,
 sine metu, sine periculo: dicta, & exposita, & demonstrata sunt oīa: adducti iudices sunt non
 modo potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset, sed, si aliud is iu-
 dex nihil scisset, nisi quę p̄iudicia de eo facta esse constarent, audire p̄terea nihil debuif-
 Subforti-
 tio.
 se. Tum etiam illi quinq̄, qui imperitorum hominū rumusculos aucupati, tum illum ab-
 Rumuscu-
 los aucupa-
 ti.
 soluerunt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. a quibus si qui quæreretur, sedif-
 sent ne iudices in C. Fabritium: sedisse se dicerent. si interrogarentur, num quo crimine is es-
 set accusatus, p̄terq̄ veneni eius, quod quęsitum Habito diceretur: negarent. si deinde es-
 sent rogati, quid iudicassent: condemnasse se dicerēt. nemo enim absoluit. Eodem modo quę-
 situm si esset de Scamandro, certe idem respondissent. tametsi ille vna sententia est absolu-
 tus, sed illam vnam nemo tum istorum suam dici vellet. Vter igitur facilius suę sententię
 rationem redderet: is ne, qui se & sibi & rei iudicatę constitisse dicit: an ille, q̄ se in principem

Pro A. Lluentio. Fo. CVIII.

maleficiū lenem, in adiutorē eius & conscios vehementissimū esse respōdit: Quorum ego de sententia non debeo disputare. neq; em dubito qn ii tales viri suspitione aliqua perculsi repentina, de statu suo declinarent. Quare eorū, q absoluerunt, misericordiā nō reprehendo: eorum, q in iudicando superiora iudicia securi sunt sua sponte, nō Stalenī fraude, constātiā cōprobo: eorū vero, q sibi nō liquere dixerūt, sapientiā laudo: q absolvere eū, quē nocentissimū cognorāt, & quē ipsi bis iā antea cōdemnarāt, nullo modo poterant, cōdemnare, cū tanta cōfiliū infamia, & tā atrocis rei suspitio esset iniecta, paulo posterius, patefacta re, maluerunt. Ac ne ex facto solū sapientes illos iudicetis: sed etiā ex hoībus ipsis, qd ii fecerint, rectissime ac sapientissime factū pberis: quis P. Octauio Balbo ingenio prudētior: iure peritior: fide, religione, officio, diligentior, aut sanctior cōmemorari potest: non absoluit. Quis Q. Cōfidio cōstātiō: quis iudiciorū, atq; eius dignitatis, quē in iudiciis publicis versari debet, peritior: quis virtute, cōsilio, auctoritate prestantior: ne is qdem absoluit. Lōgū est de singulorū virtute ita dicere. quā quia cognita sunt ab omnibus, verborū ornamēta nō querūt. Qualis vir M. Iuuentius Pedito fuit ex vetere illa iudiciū disciplina: qualis L. Cauius Mergus: M. Bassilius: C. Caudinus: q oēs in iudiciis publicis iā tū florente Rep. floruerūt. Ex eodē numero L. Cassius, Cn. Neuius pari & integritate, & prudētia: quorū nullius sentētia est Oppianicus absolutus. atq; ex his omībus, natu minimus, ingenio & religione par iis, quos antea cōmemoraui, P. Satrius in eadē sentētia fuit. O innocētiā Oppianici singularē: quo in reo, q absoluit, ambitiosus: q distulit, cautus: q cōdemnauit, constās existimat. Hec tū agitante Quintio, neq; in concione, neq; in iudicio demonstrata sunt: neq; em ipse dici patiebat: nec per multitudinē concitatā cōsistere cuiq; in dicendo licebat. Itaq; ipse, postq; Iuniū puerit, causam totā reliq. Paucis em diebus illis, & ipse priuatus est factus, & hoīm studia deferbuisse intelligebat. Q; si per quos dies Iuniū accusauit, Fidiculanū accusare voluisset, respōdēdi Fidiculano potestas facta non esset. Ac primo qdē, omnibus illis iudiciis, q Oppianicū cōdemnarāt, minabat. iam insolentia noratis hoīs, noratis animos eius, ac spiritus Tribunitios. Qd erat odium diū immortalis: quā superbia: quanta ignoratio sui: q grauis, atq; intolerabilis arrogātia: qui illud etiā ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt oīa: nō sibi ac defensionī suę cōdonatū esse Oppianicum. proinde quasi non satis signi esse debuerit, ab omībus eū fuisse desertū, q se ad patronū illū cōtulisset. Erat em Romę summa copia patronorū hoīm eloquētissimorū, atq; amplissimorū, quorū certe aliquis defendisset equitē Ro. in municipio suo nobilē, si honeste putasset eiusmodi causam posse defendi. Nā Quintius qdem, quā causam vnq; antea dixerat: cū annos ad quinquaginta natus esset. quis eum vnq; nō modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat: Qui, q rostra iādiu vacua, locumq; illū post aduentū L. Syllæ, a tribunitia voce desertū oppresserat, multitudinemq; iam desuefactā a cōcionibus ad veteris cōsuetudinis similitudinē reuocauerat, idcirco cuidā hominū generi paulisper iucundior fuit, atq; idē quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per quos in altiorē locū ascenderat: neq; iniuria. Facite em, vt non solū mores eius, & arrogantia, sed etiam vultū, atq; amictum, atq; illā vsq; ad talos demissam purpurā recordemini. Is, quasi nō esset villo modo ferendū, se ex iudicio discessisse victū, rē ab subelliis in rostra derulit. & iā querimur sepe hoībus nouis nō satis magnos in hac ciuitate esse fructus: nego vsq; vnq; fuisse maiores. vbi, si qs ignobilī loco natus, ita viuat, vt nobilitatis dignitatē virtute rueri posse videat, vsq; eo puenit, quoad eum industria cū innocētia psecuta est. si quis aut hoc vno nititur, q sit ignobilis, pcedit saepe longius, q si idē ille esset cū iisdē suis vitiis nobilissimus. vt Quintius (nihil em dicā de ceteris) si fuisset homo nobilis, quis eū cū illa supbia, atq; intolerātia ferre potuisset: q eo loco fuit, ita tulerunt, vt si qd haberet a natura boni, prodesse ei putarent oportere: superbiā aut, atq; arrogantia eius deridendā magis arbitrarent propter humilitatē hoīs, q ptimescendā. Sed, vt illuc reuertar, quo tēpore Fidiculanus est absolutus: tu, q ea iudicia facta cōmemoras, quē ro qd tū esse existimas iudicatū: certe gratis iudicasse, at cōdemnarat, at causam totā non audierat, at in cōcionibus omnibus a L. Quintio vehementer erat, & sepe vexatus. Illa igit oīa Quintiana, iniqua, falsa, turbulēta, popularia, seditiosa iudicia fuerūt. Esto, potuit esse innocēs Falcia, iā ergo aliqs Oppianicū gratis cōdemnauit: iā nō eos Iunius subfortitus est, q pecunia accepta cōdemnarēt: iā potuit aliqs ab initio nō sedisse, & tamē Oppianicū gratis cōdemnasse. Verū si innocēs Falcia, quēso qs nocēs: si hic gratis cōdemnauit, quis accepit: Ne go rē esse vllā in quē illorū obiectā, quē Fidiculano obiecta nō sit: neq; aliqd fuisse in Fidicu

Oratio

lani causa, qđ idē nō esset in ceterorū, aut hoc iudiciū reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis niti videbat, necesse est, aut, si hoc verū esse concedis, Oppianicū gratis condemnatum esse fateare. qđ satis magno argumento esse debet, qđ ex tam multis iudiciis absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid em̄ mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus: cū primū illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetūdis, qđ ambitus. Nā si in ambit⁹ iudiciis hoc his obfuit, cū alia lege causam diceret: certe si ppria lege huius peccati adducti essent, multo plus obfuisset. Deinde, si tāta vis fuit isti⁹ criminis, vt qua quisq; lege ex illis iudiciis reus factus esset, tamē hac plaga periret: cur in tāta multitudinē accusatorū, tantis pmiis, ceteri rei facti non sunt? Hic pferē id qđ iudiciū appellari nō oportet: P. Septimio Scēuole litē eo noīe esse estimatā, cui⁹ rei quē cōsuetudo sit, qm̄ apud hoīes pitissimos dico, plurib⁹ verbis docere nō debeo. Nunq̄ em̄ ea diligētia, qđ solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadē reo damnato adhibita est. In litibus estimandis fere iudices, aut qđ sibi eū quē semel cōdemnarūt, inimicū putāt esse, si quā in eū lis capitis illata est, nō admittunt: aut, qđ se pfunctos iā esse arbitrant, cū de reo iudicarūt, negligētius attēdūt cetera. Itaq; & maiestatis absoluti sunt p multi, qbus damnatis de pecuniis repetūdis lites eēnt estimatē: & hoc quotidie fieri videmus, vt reo damnato de pecuniis repetūdis, ad quos puenisse pecunias in litibus estimadis statutū sit, eos illi iudices absoluāt, qđ cū sit, non iudicia rescindunt, sed hoc statuit, estimationē litiū, nō esse iudiciū. Scēuola cōdenatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliē testib⁹: omī cōtērtione pugnatū est, vt lis hęc capitis estimaret, quē res, si rei iudicatē pōdus habuisset, ille postea vel iisdē, vel aliis inimicis reus hac lege ipsa factus esset. Se quiē id, qđ illi iudiciū appellāt: maiores aut nostri nūq̄ neq; iudiciū noīarūt, neq; p inde, vt rē iudicatā obseruauerūt, aīaduersionē, atq; auctoritatē Cēsorīā, qua de re anteq̄ dicere incipio, ppauca mihi de meo officio verba faciēda sunt, vt a me cū huiusce piculī, tū ceterorū quoq; officiorū, & amicitiarū ratio † cōseruata esse videat. Nā mihi cū viris fortib⁹, qđ Cēsores pxiā me fuerūt, ambobus est amicitia: cū altero vero (sicuti & pleriq; vestrū sciūt) magnus vsus, & summa vtriusq; officii cōstituta necessitudo est. Quare qđ de subscriptionib⁹ eorū mihi dicēdū erit, eo dicā aīo, vt oēm orationē meā nō de illorū facto, sed de ratione Cēsorīa habiatā existimari velim. a Lētulo aut familiari meo, qđ a me p eximia sua virtute, summisq; honoribus, quos a populo Ro. adept⁹ est, honoris causa noīat: facile hoc Iudices impetrabo, vt quā ipse adhibere cōsuevit in amicorū piculis fidē, & diligētia, tū vim animi, libertatēq; dicēdi: in hac mihi cōcedat, vt tātū mihi sumā, quātū sine huius piculo pterire nō possum, a me tamē vt aequū est, oīa caute, pēdetērimq; dicent, vt neq; fides huius defensionis relicta, neq; cuiusq; aut dignitas lesa, aut amicitia violata esse videat. Video igit Iudices, aīaduertisse Cēsores in iudices quosdā illi⁹ cōsiliū Iuniani, cū istā ipsam causam subscriberēt. Hic primū illud cōmune pponā, nunq̄ aīaduersionib⁹ Cēsorīis hāc ciuitatē ita cōtentā, vt rebus iudicatis fuisset, neq; in re nota cōsumā tēpus exēplis, ponā illud vnū: C. Getā cum a L. Metello, & Cn. Domitio Cēsoribus ex Senatu electus esset, Cēsorē ipsum postea esse factū: & cuius mores a Cēsoribus erant rephensi, hunc postea & populū Ro. & eorū, qđ in ipsum aīaduenterāt, moribus pfuisse. Qđ si illud iudiciū putaret, vt ceteri turpi iudicio damnati in ppetuū omī honore ac dignitate priuant: sic hoībus ignominia notatis, neq; ad honorē aditus, neq; in curiā redit⁹ esset. Nunc si quē Cn. Lentulī, aut L. Gelliī libertus furti cōdemnarit, is omnibus ornāmētis amissis nunq̄ vllā honestatis suā partē recuperabit. quos aut ipse L. Gellius, & Cn. Lētulus duo Censores clarissimi viri sapientissimiq; homines, furti, & captarū pecuniarū nomine notaerunt, nō modo in Senatū redierunt, sed etiā ipsarū rerū iudiciis absoluti sunt. Neminē voluerunt maiores nostri nō modo de existimatione cuiusq; sed ne pecuniaria quidem de se minia esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Quapropter in omnibus legibus, qui bus exceptum est, de qbus causis aut Magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut aliterum accusare, hęc ignominia causa pratermissa est. Timoris em̄ causam non vitā poenā in illa potestate esse voluerunt. Itaq; nō solum Iudices illud ostēdā, qđ iā videris: populū Ro. suffragiis sepe numero Cēsorias subscriptiones esse deletas: verū etiam iudiciis eorum qđ iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Primum Iudices Senatores Equitesq; Ro. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias cepisse subscriptum est, suā potius religioni, qđ Censorum opinioni paruerunt. Deinde Praetores Urbani, qui iurati debent optimum quēq; in selectos Iudices referre, nunq̄ sibi ad eam rem Censoriā ignominiam im-

Lis aestima
ta.

Perfunct⁹.

Censoria
aīaduersione
† cōfirmata
esse.

Cēsurā nō
habet vim
rei iudica
ta.

Qui inter
aduersarios
os cōuenisset.

pedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi saepenumero superiorum Censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt, atque etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tantum esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat: ut alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet: ut alter in ararios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit, hac appellatione iudicia: quae a populo Romano rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis quae eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare videatis. Quae cum ita sint, videamus quid tandem Censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicant. Ac primum illud statuamus: utrum quia Censores subscripserint, ita sit: an quia ita fuerit, illi subscripserint. Si ideo quia subscripserint, videte quid agatis, ne in vnumquemque nostrum Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis: ne subscriptio Censoria non minus calamitatis ciuibus, quam illa acerbissima praescriptio possit afferre: ne Censorium stylum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retulerunt, aequae posthac atque illum Dictatorum gladium pertimescamus. Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco graue debet esse, hoc quaeramus, verum sit, an falsum, remoueant auctoritates Censoriae, tollatur id ex causa, quod in causa non est. doce quae pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quae admodum dederit, vnum denique aliquid a Cluentio profectae pecuniae vestigium ostende. Vincede deinde virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum, nihil de illo vnumquodque secus esse existimatum, nihil denique praepiudicatum: tum auctoritatem Censorum amplexator, tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. Dum vero eum fuisse Oppianicum constabit, quae tabulas publicas municipii sui corruptis se iudicatus sit, quae testamentum interleuerit, quae supposita persona falsum testamentum obsignatum curarit: quae eum, cuius nomine id obsignatum est, interfecerit: quae auunculum filii sui in seruitute, ac vinculis necarit: quae municipales suos proscribendos, occidendosque curarit: quae eius uxorem quae occiderat, in matrimonium duxerit: quae pecuniam pro portione dederit: quae socrum, quae uxorem, quae vno tempore fratris uxorem, speratosque liberos, fratrem ipsum, quae denique suos liberos interfecerit: quae cum venenum priuigno suo quaereret, manifesto sit deprehensus: cuius ministris consciisque damnatis, ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicium corrupendas: dum hac inquam de Oppianico constabit, nec vlllo argumento Cluentianae pecuniae crimen tenebit, quid est quod te ista Censoria siue voluntas, siue opinio fuit, adiuuare, aut hunc innocentem opprimere posse videat? Quid igitur Censores secuti sunt: ne ipsi quidem, ut grauissime dicam, quicquam aliud dicet, praeter sermonem, atque famam. nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperrisse, nihil denique causa cognita statuisse dicet. Quod si ita fecissent, tamen id non ita fixum esse deberet, ut conuelli non liceret. Non utar exemplorum copia, quae summa est: non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem scribam Aedilitium D. Matrinum cum defendissem apud M. Iunium, Q. Publicum praetores, & M. Pletorium, C. Flaminium aediles curules, persuasi, ut Scribam iurati legerent eum, quae iudex isti Censores ararium reliquissent. cum enim in homine nulla culpa reperiret, quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quaerendum esse duxerunt. Nam hac quidem, quae de iudicio corrupto subscripserint, quae est, quae ab illis satis cognita & diligenter iudicata arbitretur: in M. Aquiliu, & in T. Guttam video esse subscriptum. quid est hoc: duos esse corruptos solos pecunia dicat: ceteri videlicet gratis condonarunt. Non est igitur circueuentus, non est oppressus pecunia, non ut ille Quintianae conciones habebant, omnes qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt, ac suspitione ponendi, duos solos video auctoritate censorum affines ei turpitudini iudicari. Iam illud afferant, aliquid esse quod de iis duobus habuerint copertum & de ceteris coperrisse. Nam illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine militari transulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri, ut si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertere tur, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. quod idem facere censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione vitiorum, quae conuenit. Nam miles quod locum non tenuit, quod hostium impetum vimque pertinuit, potest idem postea & miles esse melior, & vir bonus, & ciuis utilis. quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis & supplicii merus est a maioribus constitutus. ne autem nimium multi poenam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. Hoc tu idem facies censor in senatu legendo: si erunt plures qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, ut non animaduertas in omnes: sed carpes ut velis: & paucos ex multis ad ignominiam sortiere: habebit igitur te sciente & vidente curia Senatorum, populus Romanus iudicem, Respublicam, cuius sine ignominia quenquam, quae ad perniciem innocentis fide sua & religionem

Oratio

pecunia cōmutarēt: & qui precio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocen-
 ti, is Censorie seueritatis nota non inuret: tu es praefectus moribus: tu magister veteris di-
 sciplinae & seueritatis: si aut retines quēq̃ sciens in Senatu scelere tanto cōtaminatū: aut sta-
 tuis q̃ in eadē culpa sit, nō eadē poena affici oportere cōuenire, & quam conditionem suppli-
 cii maiores ī bello timidiū militis propositā esse voluerūt, eandē tu in pace constitues im-
 probitati Senatoris: Qz si hoc exemplū ex re militari ad animaduersionem Censoriā trans-
 ferendū fuit, sortitione id ipsum factū esse oportuit. Sin autē sortiri ad poenā, atq̃ hominū
 delictum fortunae iudicio cōmittere, minime Censoriū est, certe in multorum peccato carpi
 paucos ad ignominia, & turpitudinē nō oportet. Verū oēs intelligimus in istis subscriptio-
 nibus ventū quendā popularē esse quēsitū. Iactata res erat in concione a Tribuno seditioso:
 incognita causa probatū illud erat, multitudinē illicitū est cōtradicare * nemo deniq̃ vt de-
 fenderet contrariā partē laborabat. in inuidiā porro magnā illa iudicia venerant, etem pau-
 cis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabularum inuidia versata,
 praetermitti a Censoribus & negligi macula iudiciorū posse nō videbat. homines quos cate-
 ris vitiis, atq̃ omni dedecore infamis videbāt, eos hac quoq̃ subscriptione notare voluerūt:
 & eo magis, q̃ illo ipso tēpore, illis Censoribus erant iudicia cū Equestri ordine cōmunicata,
 vt viderent per hoīm idoneorū ignominia sua auctoritate illa iudicia cū equestri ordine re-
 prehensisse. Qz si hanc apud eos ipsos Censores mihi aut alii causam agere licuisset, hoīb.
 tali prudentia certe probauissem (res em̄ indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil cōperti:
 ex tota ipsa subscriptione rumorē quendā & plausum popularem esse quēsitum. Nā in L. Po-
 piliū, q̃ Oppianicum cōdemnarat, subscripsit L. Gellius, q̃ is pecuniā accepisset, quo innocē-
 tem condemnaret. Iam id ipsum quantē diuinationis est, scire innocētem fuisse reum, quem
 fortasse nunq̃ viderat: cum hoīes sapientissimi Iudices (vt nihil dicā de iis, q̃ condemnarūt)
 causa cognita sibi dixerint non liquere. Verū esto, condemnat Popiliū Gellius, iudicat ac-
 cepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam Popiliū, q̃ erat libertini filius, in
 Senatū nō legit. locū q̃dem Senatoriū ludis, & cetera ornāmēta reliquit, & eum omni igno-
 minia liberat, qd̄ cum facit, iudicat eius sententiā gratis esse Oppianicū condemnatū, & eun-
 dem Popiliū postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligētissime laudat. Qua-
 re si neq̃ L. Gellii iudicio sterit Lentulus, neq̃ Lentuli existimatione contentus fuit Gellius,
 & si yterq̃ Censor Censoris opinione standū nō putauit, qd̄ est quamobrem q̃q̃ nostrū Censo-
 rias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere: At in ipsum Ha-
 bitum animaduertunt, nullā qdē ob turpitudinē, nullū ob totius vitē non dicam vitium, sed
 erratū. Neq̃ em̄ hoc hoīe sanctior, neq̃ probior, neq̃ in oībus officiis retinendis diligentior
 esse q̃q̃ potest. neq̃ illi aliter dicūt. sed eandem illam famā iudicii corrupti secuti sunt. neq̃
 ipsi secus existimant, q̃ nos existimari volumus de huius pudore, integritate, virtute. sed pu-
 tarunt praetermitti accusatorē non potuisse, cū animaduersum esset in iudices. Qua de re to-
 ta si vnum factū ex omni antiquitate protulero, plura nō dicam. Non em̄ mihi exēplū sum-
 mi & clarissimi viri P. Aphricani praetereundū videtur. q̃ cum esset Censor, & in Equitū cē-
 su C. Licinius sacerdos prodiiisset, clara voce, vt omnis concio audire posset, dixit se scire illū
 verbis conceptis peierasse. si q̃s cōtradicare vellet, vsurum esse eum suo testimonio. deinde cū
 contra nemo diceret, iussit equū traducere. Itaq̃ is cuius arbitrio & populus Ro. & exterae
 gentes contentae esse consueuerunt, ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus
 nō fuit. Qz si hoc Habito facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus, & falsē suspitioni, & inui-
 dia populariter excitatē restitisset. Vnū etiam est, qd̄ me maxime cōturbat, cui loco respō-
 dere posse vix videor, q̃ elogiū recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hoīs honestissimi
 videlicet, & sapientissimi, idcirco se exheredasse filium, q̃ is ad Oppianici damnationē pecu-
 niā accepisset. De cuius hoīs leuitate, & inconstantia plura nō dicam. hoc testamentū ipsum
 qd̄ recitas, eiusmodi est, vt ille cum eū filium exheredaret, quem oderat, ei filio coharedes
 hoīes alienissimos coniungeret, quē diligebat. Sed tu Acti consideres censeo diligenter, vtrū
 Censorium iudiciū graue velis esse: an Egnatii: si Egnatii, leue est qd̄ Cēsores de ceteris sub-
 scripserunt. ipsum em̄ Cn. Egnatium, quem tu grauem esse vis, ex senatu eiecerunt. Sin autē
 Censorium, hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exheredauit, Censores in
 Senatu, cum patrem eiecerent, retinuerunt. At em̄ Senatus vniuersus iudicauit illud corru-
 ptum esse iudiciū. Quomodo: suscepit causam, an potuit rem delatam eiusmodi repudia-

Vetus po-
pularis.

Nō liquere

Vitium.
Erratum.

P. Aphrica
ni factū no-
bile.

Conceptis
verbis peie-
rare.

Elogium.

re: cū tribunus Ple. Populo cōcitato rem pene ad manus reuocasset, cū vir optimus & homo innocētissimus pecunia circūuētus esse diceret, cū inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni: potuit illa cōcitatio multitudinis sine summo periculo Reip. repudiari: At qd est decretū: q̄ iuste: q̄ sapiēter: q̄ diligēter! SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT: VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Vtrum videretur senatus id factū iudicare: an si factū sit, moleste grauiterq̄ ferre: Si ipse A. Cluentius sententiā de iudiciis rogaret, aliā nō diceret, atq̄ ii dixerūt, quorū sententiis Cluentiū cōdemnatū esse dicitis. Sed quāro a vobis nū istam legē ex isto Senatuscōsulto L. Lucullus cōsul homo sapiētissimus tulerit: nū anno post, M. Lucullus, & C. Cassius: in quos cū cōsules designatos idē illud senatus decreuerit, nō tulerūt. & qd tu Habiti pecunia factū esse arguis, neq̄ id vlla tenuissima suspitione cōfirmas, factū est primo illorū æquitate, & sapiētia cōsulū: vt id qd senatus decreuerat ad illud inuidiæ p̄sens incendiū restinguēdū, id postea perferendum ad populū nō arbitrarent. ipse deinde populū Ro. qui L. Quintiū tribuni Pl. fictis querimoniis antea cōcitāt, rem illā & rogationē flagitabat, idē C. Iunii filii pueri paruuli lachrymis cōmotus, maximo clamore, & cōcursu totā illā legē & quēstionē repudiāuit. Ex quo itelligi potuit id, qd sæpe dictū est: vt mare qd sua natura trāquillū sit, ventorū vi agitari atq̄ turbari, sic & populū Ro. sua sponte esse pacatū, hominū seditiosorū vocibus vt violentissimis tēpestatibus cōcitari. Est etiā reliqua, permagna auctoritas, quam ego turpiter pene praterii: mea em̄ eē dicis. Recitauit ex oratione nescio qua Actius, quā meā eē dicebat, cohortationē quandā iudiciū ad honeste iudicādū, & cōmemorationē tū illorū iudiciorū, quæ probata nō essent, tū illius ipsius iudicii Iuniani: perinde quasi ego nō ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudiciū: aut cū de infamia iudiciorū disputare, potuerim illud, qd tā populare esset, in illo tēpore praterire. Ego vero si qd eiusmodi dixi, neq̄ cognitū commemorauī, neq̄ pro testimonio dixi: & illa oratio potius tēporis mei, q̄ iudicii & auctoritatis fuit. Cū em̄ accusare, & mihi initio proposuissem, vt animos & populū Ro. & iudiciū cōmouere: cūq̄ oīs offensiones iudicioꝝ nō ex mea opinione, sed ex hoīm rumore proferre: istā rē, quæ tā populariter esset agitata, praterire nō potui. Sed errat vehemēter, si qs in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras cōsignatas se habere arbitrat. oēs em̄ illę orationes causarū, & tēporū sunt, nō hominū ipsorū, ac patronorū. Nā si causæ ipsæ pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorē. Nūc adhibemur, vt ea dicamus, non quæ nostra auctoritate constituent, sed quæ ex re ipsa causaq̄ ducant. Hominē ingeniosum M. Antoniū aiūt solitū esse dicere: idcirco se nullā vnq̄ orationē scripsisse, vt si qd aliqui nō opus esset ab se esse dictū, posset se negare dixisse. perinde quasi qd a nobis dictū, aut actū sit, id nisi literis mādauerimus, hoīm memoria nō cōprehendat. Ego vero in isto genere libētius cū multorū, tū hoīs eloquētissimi & sapientissimi L. Crassi auctoritatē sequor: q̄ cū L. Planciū defenderet accusante M. Bruto hoīe in dicendo vehementi, & callido: cum Brutus duobus recitatoribus cōstitutis, ex duabus ei⁹ orationib⁹ capita alterna inter se cōtraria recitāda curasset: q̄ in dissuasiōe rogationis eius, quæ contra coloniā Narbonēsem ferebat, quantū potest de auctoritate senatus detrahit: in suasiōe legis Seruilię summis ornat senatū laudibus: & multa in Equites Ro. cū ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorū iudicium in Crassum incenderent: aliquantū esse cōmotus dicis. Itaq̄ in respōdendo primum exposuit vtriusq̄ rationē tēporis, vt oratio ex re, & causa habita videret. Deinde vt itelligere posset Brutus, quē hominē, & nō solū qua eloquētia, verū etiā quo lepore, & qbus facetiis præditū lacesisset, tres & ipse excitauit recitatores cū singulis libellis, quos M. Brutus pater illius accusatoris de iure ciuili reliquit. Horū initia cū recitarent, ea quæ vobis nota esse arbitror, Fortē euenit, vt ruri in Priuernate essemus ego, & Brutus filius, fundū Priuernatē flagitabat. In Albano eramus ego & Brutus filius, Albanū poscebat. In Tyburti fortē cū assedissemus, Tyburtē fundū requirēbat. Brutū autē hominē sapientē, q̄ filii nequitia videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat voluisse. q̄ si potuisset honeste scribere, se in balneis cū id ætatis filio fuisse, nō prateriisset. eas se tamē ab eo balneas nō ex libris patris, sed ex tabulis & ex censu querere. Crassus tum ira Brutū vltus est, vt illum recitationis suæ poeniteret. moleste em̄ fortasse tulerat, se in his orationibus reprehensum, quas de Rep. habuisset, in qbus forsitan magis requirat cōstantia. Ego autē illa recitata nō moleste fero. neq̄ em̄ ab illo tēpore, qd tū erat, neq̄ ab ea causa, quæ tum agebat, aliena fuerūt. neq̄ mihi quicq̄ oneris suscepi, cum

Similitudo.
Auctoritas.

Orationū
auctoritatis
bus quatenus
crendum.
Antoniū
cur nō scripserit.

L. Crassi
facetia.

Oratio

ista dixi, quo minus honeste hanc causam, & libere possem defendere. **Q** si velim confiteri me causam A. Cluentii nunc cognoscere, antea fuisse in illa opinione populari, quod tamen id posset reprehendere: praesertim Iudices cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit acquisitum, quod ego & ab initio petui, & nunc peto, ut si qua huc grauiore de illo iudicio opinionem attulistis, hanc causa perspecta, atque omni veritate cognita deponatis. Nunc quoniam ad omnia, quae abs te dicta sunt T. Acti de Oppianici damnatione, respondi, confiteare necesse est, te opinionem multum fefellisse, quod existimaris me causam A. Cluentii non facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc persape dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere. Ita ne est: ab amicis videlicet imprudentes prodimur: & est nescio quid de his, quos amicos non bis arbitramur, quod nostra consilia ad aduersarios deferat. Quisnam tibi hoc renunciauit? quod tam improbus fuit: cui ego aut narraui: nemo ut opinor in culpa est, sed nimirum tibi istuc lex ipsa renunciauit, sed nunc tibi ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem nullam fecerim legis: nunc secus hanc causam defendissem, ac si lege Habit⁹ teneretur: certe ut hominem confirmare oportet, nullus est locus a me purgandi istius inuidiosi criminis praetermissus. Quid ergo est? quaret fortasse quodpiam: displiceat ne mihi legum praesidio a capite periculum propulsare: mihi vero Iudices non displicet, sed utro instituto meo in hominis honesti prudentisque iudicio, non solum meo consilio uti consueui, sed multum etiam eius quod defendo & consilio & voluntati obtempero. Nam ut haec ad me causa delata est, quod leges eas ad quas adhibemur, & in quibus versamur, nosse deberem, dixi Habito statim, de eo quod coisset, quo quod condemnaret, illum esse liberum, teneri autem nostrum ordinem, atque ille me orare & obsecrare coepit, ut ne sese lege defenderem. Cum ego quod mihi videretur, dicerem, traduxit me ad suam sententiam, affirmabat enim lachrymans non se cupidior esse ciuitatis retinendae, quam existimationis, more homini gestu: & tamen idcirco feci (neque enim id semper facere debemus) quod videbam per se ipsam causam copiosissime sine lege posse defendi. Videbam in hac defensione, qua iam sum usus, plus dignitatis: in illa, qua me hic uti noluit, minus laboris futurum, quod si nihil aliud esset actum, nisi ut hanc causam obtinerem, lege recitata perorassem, neque me illa oratio commoueret, quod ait Actius, indignum esse facinus, si Senator iudicio quod circumuenerit, legibus cum teneri: si Eques Romanus, hoc idem fecerit, non teneri. Ut tibi concedam hoc indignum esse (quod cuiusmodi sit, iam videro) tu mihi concedas necesse est, multo esse indignius in ea ciuitate, quod legibus teneatur, discedi a legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis, mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, & nervis, ac sanguine, & membris uti non potest. Legum ministri magistratus: legum interpretes iudices: legum denique idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Quid est Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas: quod vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate praediti coerceant: vos autem Iudices quod obrem ex tanta magna multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis: quo iure Actius quod voluit dixit: cur mihi tandiu potestas dicendi datur: quod sibi aut illi scribere: quod lictores: quod ceteri, quos apparere huic questioni video, volunt: opinor haec omnia lege fieri, totumque hoc iudicium (ut antea dixi) quasi mente quadam regem legis, & administrari. Quid ergo est: haec questio sola ita gubernatur: quod M. Pletorii, & C. Flamini inter sicarios: quod C. Orchinii peculatoris: quod mea de pecuniis repetundis: quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitu causa dicitur: quod reliquae questiones: circumspecte omnes Reipublicae partes, omnia legum imperio, & praescripto fieri videbitis. Si quod apud me, te T. Acti reum velit facere, clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri: neque haec tua recusatio confessio sit captae pecuniae, sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. nunc quod agatur, & quod abs te iuris constituat, vide, iubet lex ea, qua lege haec questio constituta est, iudicem questionis, hoc est Q. Voconium cum istis iudicibus, qui obuenerint (vos appellat Iudices) quaerere de veneno, in quem quaerere infinitum est, quicumque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex statim adiungit: Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. Eius qui coierit: conuenerit: non ita est, quod ergo est: dic. QVI TRIBVNI MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR PRIMIS, QVIVE QVAESTORES, TRIBVNI PL. Deinceps omnis magistratus nominauit. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum? QVI EORVM COIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. Qui eorum: quorum: videlicet, quod suprascripti sunt, quod iterum utro modo scriptum sit: etiam est apertum, tamen ipsa lex docet, ubi enim omnes mor

Legum vis

Apparere.

tales alligat, ita loquit. QVI VENENVUM MALVM FECIT, FECERIT. omnes vi-
ri, mulieres, liberi, serui in iudiciū vocant. si item de coitione voluisset, adiunxisset, qve coie-
rit. Nūc ita est, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. QVI MAGISTRATVM
HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT. QVI EO-
RVM COIT, COIERIT. Num is est Cluentius? certe nō est. q̄s ergo est Cluentius? q̄ ta-
mē defendi causam suā lege nolit. itaq; abiicio legē, morem Cluentio gero: tibi tamē Acti pau-
ca, quē ab huius causa seiuncta sunt, respōdebo. est em̄ qddam in hac causa, qd̄ Cluentius ad-
se: est aliqd, qd̄ ego ad me putem pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio,
nō lege defendi. ego autē mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Actio videri esse
superatū. nō em̄ mihi hac causa sola dicenda est: oībus hic labor meus propositus est, q̄cūq;
hac facultate defensionis cōtenti esse possunt. nolo quēq; eorū, q̄ assunt, existimare, me, quā
de lege ab Actio dicta sunt, si reticuerim, cōprobare. quamobrē Cluenti de te tibi obsequor,
neq; ego legē recito, neq; hoc loco pro te dico, sed ea quā a me desiderari arbitror, nō relin-
quā. Iniquū tibi videt Acti esse, nō iisdē legibus oēs teneri. Primū (vt id iniquissimū esse con-
fitear) huiusmodi est, vt cōmutatis eis opus sit legibus, nō vt iis quā sunt, nō pareamus. De
inde q̄s vnq; hoc senator accusauit: vt cū altiorē gradū dignitatis, beneficio populū Ro. esset
consecutus, eo se putaret durioribus legū cōditionibus vtī oportere: q̄ multa sunt cōmoda,
q̄bus caremus: q̄ multa molesta, ac difficilia, quē subimus. atq; hac omnia tm̄ honoris & am-
plitudinis cōmodis cōpēsant. Cōuerte nūc ad equestre ordinē, atq; in ceteros ordines: easdē
vitā cōditiones nō perferēt. putant em̄ minus multos sibi laqueos legū, & conditionū, ac iu-
dicioꝝ propositos esse oportere, q̄ in summū locū ciuitatis aut nō potuerūt ascendere, aut nō
petiuerūt. Atq; vt omittā leges alias oēs, q̄bus nos tenemur, ceteri aut sunt ordines liberati,
hanc ipsam legē, ne q̄s iudicio circūueniret, C. Gracchus tulit. eam legē pro plebe nō in ple-
bem tulit. Postea L. Sylla homo a populi causa remotissimus, tamē cū eius rei quāstionē hac
ipsa lege cōstitueret, qua vos hoc tēpore iudicatis, populū Ro. quē ab hoc genere liberū ac-
ceperat, alligare nouo quāstionis genere ausus nō est. Quod si fieri posse existimasset, pro il-
lo odio, qd̄ habuit in equestre ordinē, nihil fecisset libentius, q̄ omnē illā acerbitatē proscri-
ptionis suā, questus in veteres iudices, in hāc vnā quēstionē attulisset. Nec nūc q̄cūq; agit, mi-
hi credite iudices, & prospicite id, qd̄ prouidendū est, nisi vt Equester ordo in huiusce legis
periculū includat. Neq; hoc agit ab oībus, sed a paucis. nam ii Senatores, q̄ se facile tuent in
tegritate, & innocētia, quales (vt vere dicā) vos estis, & ceteri, q̄ sine cupiditate vixerūt, Equi-
tes ordini Senatorio dignitate proximos, cōcordia cōiunctissimos esse cupiūt, sed ii, q̄ se vo-
lunt posse oīa, neq; prētereā q̄cūq; esse aut in hoīe vllō, aut in ordine, hoc vno metu se putant
equites Ro. in potestate sua redacturos, si cōstitutū est, vt de iis q̄ rem iudicarēt, huiuscemo-
di iudicia fieri possint. Videt em̄ auctoritatē huius ordinis cōfirmari, videt iudicia cōproba-
ri. hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestre posse cōfidūt. quis em̄ de hoīe
audeat paulo maioribus opibus prädito, vere, & fortiter iudicare: cum videat sibi, de eo, q̄
coierit, aut cōsenserit, causam esse dicendā: O viros fortes Equites Ro. q̄ homini clarissimo,
ac potētissimo M. Druso Tribuno ple. resisterunt, cū ille nihil aliud ageret, q̄ vt illa cuncta,
quē tū erant nobilitatis, nisi vtrq; rem iudicassent, huiuscemodi quāstionibus in iudiciū vo-
carent. tūc C. Flauius Pusio, Cn. Titinnius, C. Meccenas, illa robora populū Ro. ceteriq; hu-
iuscemodi ordinis nō fecerūt idē, qd̄ nūc Cluentius, vt aliqd culpā suscipere se putarēt, recu-
sando, sed apertissime repugnarūt. cū hac recusaret, & palā fortissime, atq; honestissime dice-
rent, se potuisse iudicio populū Ro. in amplissimū locū peruenire, si sua studia ad honores pe-
tendos cōferre voluissent. sese vidisse, in ea vita qualis splendor inesset, quāta ornamēta, quē
dignitas: quē se nō cōtempnisse, sed ordine suo patrūq; suorū cōtentos fuisse: & vitā illā tran-
quillā, & quietā, remotā a procellis inuidiarū, & huiuscemodi iudicioꝝ sequi maluisse. aut
sibi ad honores petendos atq; integrā restitui oportere: aut, quoniā id nō posset, eam cōdi-
tionē vitā, quā secuti petitionē reliquissent, manere. iniquū esse, eos q̄ honorū ornamēta pro-
pter periculorū multitudinē prētermisissent, populū beneficiis esse priuatos, iudicioꝝ nouo
rū periculis nō carere. Senatorem hoc queri nō posse, propterea, q̄ ea cōditione proposita pete-
re coepisset: q̄q; permulta essent ornamēta, q̄bus eā mitigare molestiam posset, locus, auctori-
tas, domi splendor, apud exteras nationes nomē, & gratia, toga prætecta, sella curulis, infir-
gnia, fasces, exercitus, imperia, prouinciā: q̄bus in rebus, cū summum recte factis maiores no-

L. Sylla eq̄
stri ordini
iratus.

Includat
in periculū

Robora
populi
Ro.

Senatoria
ornamēta.

Oratio

stri permixtū & plura peccatis pericula proposita esse voluerūt. Illi nō hoc recusabāt, ea ne lege accusarent, qua nūc Habitus accusat, quē tūc erat Sempronia, nūc est Cornelia. intelligebāt em̄ ea lege Equestrē ordinē nō teneri. sed ne noua lege alligarent, laborabāt. Habitus ne hoc qdē vnq̄ recusauit, quo minus vel ea lege rationē vitę suę redderet, qua nō teneret. quē si vobis cōditio placet, oēs id agamus, vt hęc q̄primū in oīs ordines questio perferat. interea qdē per deos imortales, quoniā oīa cōmoda nōstra, iura, libertatē, salutē deniq; legibus obtinemus, a legibus nō recedamus. simul & illud q̄ sit indignū cogitemus, populum Ro. aliud nunc agere: vobis Remp. & fortunas suas cōmisisse: sine cura esse: nō metuere, ne lege ea, quā nunq̄ ipse iusserit, & quæstione, qua se solutū libertūq; esse arbitraret. p̄ paucos Iudices astringatur. Agit em̄ sic causam T. Actius, adolescēs bonus, & disertus: oēs ciues legibus teneri oībus: vos attenditis, & auditis filērio, sicut facere debetis. A. Cluentius Eques Ro. causam dicit ea lege, qua lege Senatores, & hī q̄ magistratū habuerūt, soli tenent, mihi per eū recusare, & in arce legis præsidia cōstituere defensionis meæ non licet. si obrinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æquitate nixi cōfidimus) oēs existimabunt, id qd̄ erit, obrinuissē propter innocentia, quoniā ita defensus sit. in lege aut, quam attingere noluerit, præsidiū nihil fuisse. Hic nunc est qddam, qd̄ ad me pertineat, de quo ante dixi, qd̄ ego populo Ro. præstare debeā. quoniam is meę vitæ status est, vt oīs mihi cura, atq; opera posita sit in omniū periculis defendēdis. video quanta, & q̄ periculosa, & q̄ infinita questio tentet ab accusatoribus, cum eam legē quæ in nostrū ordinē scripta sit, in populū Ro. trāsferre conent. qua in lege est. QVI COIERIT. qd̄ q̄ late pateat, videtis. CONVENERIT. æque infinitū, & incertū est. CONSENSERIT. Hoc vero cū infinitū, tum obscurū, & occultum est. FALSVMVE TESTIMONIUM DIXERIT. Quis de plebe Romana testimoniū dixit vnq̄, cui nō hoc periculū T. Actio auctore paratū esse videatis: nam dicturū qdem certe, si hoc iudiciū plebi Romanę propositum sit, neminem vnq̄ esse cōfirmo. sed hoc polliceor omnibus, si cui forte hac lege negotiū facesset, q̄ lege nō teneatur, si is vtī me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum, & vel his iudiciis, vel eorū similibus facile probaturum, & omni me defensione vsurū esse legis: qua nunc vt vtar, ab eo cuius voluntati mihi obtemperandū est, nō conceditur. Non em̄ deo dubitare Iudices, quin siqua ad vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneat, etiā si is inuidiosus, aut multis offensus esse videat, etiā si eum oderitis, etiā si inuiti absoluturi sitis, tamen absoluatis, & religioni potius vestrę, q̄ odio pareatis. Est em̄ sapientis iudicis meminisse se hominē: cogitare tantū sibi a populo Ro. esse permīssum, quantū cōmissum, & creditū sit: & nō solū sibi potestātē datā, verū etiā fidē habitam esse meminisse. posse, quē oderit, absolvere: quē nō oderit, cōdemnare: & semper nō qd̄ ipse velit, sed quid lex & religio cogat, cogitare: animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoscatur, quæ res in quæstione verset. Cū hęc sunt videnda, tū vero illud est hoīs magni Iudices atq; sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, nō se putare esse solū: neq; sibi quodcūq; cōcupierit, licere: sed habere in consilio legē, religionē, æquitatē, fidem: libidinē autem, odium, inuidiā, metum, cupiditatesq; omnis amouere: maximeq; existimare, conscientia mentis suæ: quā ab diis immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli nō potest: quæ si optatimorum consiliorū, atq; factorū testis in omni vita nobis erit, sine vllō metu, & summa cū honestate viuemus. Hęc si T. Actius aut cognouisset, aut cogitasset, profecto ne conatus quidam esset dicere id, qd̄ multis verbis egit: iudicem qd̄ ei videat, statuere, & nō deuinctum legibus esse oportere, quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate nimīū, pro Reip. dignitate parū, pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua perpauca sunt, quę, quia vestrę questiois erant, idcirco illi statuerūt sibi fingenda esse, & proferenda, ne omniū turpi. Timi reperirent, si in iudiciū nihil, præter inuidiā attulissent. Atq; vt existimetis necessariū me de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua. profecto intelligetis, ea, quę paucis demonstrari potuerunt, breuissime esse defensa. Cn. Decio Samniti, ei, qui proscriptus est, iniuriā in calamitate eius ab huius familia factā esse dixisti. ab nullo ille liberali, q̄ a Cluentio tractatus est. huius illum opes in rebus eius incommodis subleuarunt. atq; hoc cum ipse, tum oēs eius amici, necessariq; cognorunt. Ancarii & Paceni pastoribus, huius villicum vim, & manus attulisse, cum quedam in collibus (vt solet) cōtrouersia pastōrū esset orta, Habiti villici rem domini, & priuatam possessionem defenderunt. cum esset expostulatio facta, causa illis demonstrata, sine iudicio controuersiaq; discessum est. P. Elii testamento

Præsidia cōstituere in arce legis.

Negotiū facesset.

Iudici sapienti cōgitanda.

De officio iudicis.

propinquus exheredat⁹ cū esset, heres hic alienior institut⁹ est. P. Elīus Habītī merito fecit, neq; hic in testamēto faciendo interfuit, idq; testamētū ab huius inimico Oppianico est obſi-
gnatū. Florio legatū ex testamēto ſficiatū esse, nō est ita: sed cū HS. XXX. scripta essent, p
HS. CCC. neq; ei satis cautū videret, voluit eū aliqd acceptū referre liberalitati suae. primo
debere negauit, post sine cōtrouersia soluit. Cn. cuiusdā Samnitīs vxorē post bellū ab hoc eē
reperitā, mulierē cū emisſet de ſectoribus, quo tēpore eā primū liberam esse audiuit, sine iudī
cio reddidit Cn. Cēlio. Enniū esse quēdā, cuius bona teneat Habītus. Est hic Ennius egēs q
dam caluīniator, mercenariū Oppianici, q; permultos annos quieuit, deinde aliquādo cum
seruo Habītī furti egit, nuper ab ipſo Habīto petere coepit. hic illo priuato iudicio (mihi cre
dite) nobis iisdē fortasse patronis calūniā nō effugiet. Atq; etiā, vt nobis renūciat, hoīem
multorū hospitiū, A. Binnīū quēdā Coponē de via Latina, ſubornatis, q; ſibi a Cluentio ſer-
uiſq; eius in taberna ſua manus allatas esse dicat. quo de hoīe, nihil etiā nūc dicere nobis est
neceſſe, ſi inuitauerit, id qd ſolet, ſic hominē accipiemus, vt moleſte ferat, ſe de via deceſſiſſe.

Emiſſet de
ſectoribus.

Taberna.

Habetis Iudices, quē in totā vitā de morib⁹ A. Cluentiū, quē illi inuidioſum reū volūt eſſe,
annos octo meditati accuſatores collegerūt, q; leuia genere ipſo, q; falſa re, q; breuia reſponſu.
Cognoscite nūc id, qd ad veſtrū iuſiurandū pertinet, qd veſtri iudiciū eſt, qd vobis oneris im
poſuit ea lex, qua coacti huc cōueniſtis, de criminibus veneni: vt oēs intelligāt, q; paucis ver
bis hac cauſa perorari potuerit: & q; multa a me dicta ſint, quē ad huius voluntatē maxime,
ad veſtrū iudiciū minime pertinerēt. Obiectū eſt C. Vibīū Capacē ab hoc A. Cluentio veneno
eſſe ſublātū. opportune adest homo ſumma fide & omni virtute prēditus, L. Pletorius Sena
tor, q; illius Capacis hoſpes fuit, & familiaris. apud hūc ille Romē habitauit, apud hūc egro
tauit, huius domi eſt mortuus. haud haeres eſt Cluentius: inſtatū dico eſſe mortuū: poſſeſ
ſionēq; eius bonorū prētoris edicto huic illius ſororis filio adoleſcenti pudētiſſimo, & in pri
mis honeſto Equiti Ro. datā, Numerio Cluentio, quē videtis. Alterū veneficiū crimē: Oppia
nico huic adoleſcenti, cū eius in nuptiis more Larinatiū multitudo hominū prāderet, vene
num Habītī conſilio paratū, id cū daret in mulſo, Balbutiū quēdā eius familiarē interceptiſ
ſe, bibiſſe, ſtatimq; eſſe mortuū. Hec ego ſi ſic agerē, tanq; mihi crimē eſſet diluendū, hac plu
ribus verbis dicerē, quē nūc paucis percurrūt oratio mea. Quid vnq; Habītus in ſe admiſit, vt
hoc tantū ab eo facinus nō abhorrere videat: qd autē magnopere Oppianicū metuebat: cum
ille verbū omnino in hac ipſa cauſa nullū facere potuerit: huic autē accuſatores matre viua
deſſe nō poſſent: qd iam intelligetis, an vt de cauſa eius, periculū nihil decederet: ad cauſam
nouū crimen acederet: quod autē tēpus veneni dandi, illo die: in illa frequētia: per quē porro
datū: vnde ſumprū: quē deinde interceptio poculi: cur nō de integro autē datū! Multa ſunt
quae dici poſſunt: ſed nō cōmittā, vt videar nō dicendo voluiſſe dicere, res em̄ iam ſe ipſa de
fendat. Nego illū adoleſcentē, quē ſtatim epoto poculo mortuū eſſe dixiſtis, omnino illo die
eſſe mortuū, magnū & impudēs mēdaciū, perſpicite cetera, dico illū, cū ad illud prandiū cru
dior veniſſet, & vt atas illa fert, ſibi tū nō peperciſſet, aliquot dies agrotāſſe, & ita eſſe mor-
tuū, quis huic rei teſtis eſt: idem q; ſui luctus, pater, pater inquā illius adoleſcentis, quem pro
pter animi dolorē pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtē in A. Cluentiū conſtituere, is
hunc ſuo teſtimonio ſubleuat, qd recita, tu autē niſi moleſtum eſt, pauliſper exurge, & perfer
hunc dolorē cōmemorationis neceſſariae: in qua ego diutius nō morabor, quoniā qd fuit vi
ri optimi, feciſti, vt ne cui innocētī moeror tuus calamitatē, & falſum crimē afferret. Vnū
etiā mihi reliquū eiufmodi crimen eſt Iudices, ex quo illud perſpicere poſſitis, qd a me initio
orationis meae dictū eſt: qd malū per hos annos A. Cluentius viderit, qd hoc tēpore ha
beat ſollicitudinis, ac negotiū, id omne a matre eſſe cōſtatū. Oppianicū veneno necatum eſſe,
qd ei datū ſit in pane per M. Aſelliū quēdā familiarē illius, idq; Habītī cōſilio factum eſſe, dici
tis. In quo primū illud quaro: quae cauſa Habīto fuerit, cur interficere Oppianicū vellet. Inī
micitias em̄ inter ipſos fuiſſe conſiteor: ſed hoīes, inimicos ſuos morte affici volūt, vel q; me
tuūt, vel q; oderūt, quo tādē igi⁹ Habīt⁹ metu adductus tātū in ſe facinus ſuſcipere conatus
eſt: qd erat qd iam Oppianicū poena affectum pro maleficiis, eiectū e ciuitate qſq; timeret: qd
metuebat: vt oppugnaret a perdito: an ne accuſaret a cōdemnato: an ne exulis teſtimonio la
deret! Sin autē q; oderat Habītus, idcirco illū vitā frui noluit, adeo ne erat ſtultus, vt illam,
quā tū ille viuebat, vitā eſſe arbitraret! damnati, exulis, deſerti ab oībus, quē propter animi
importunitatem nemo recipere recto, nemo adire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet, huius

Reſponſu.

Aegrotare

Oratio

De inferis
incredulus
Cicero.

Comesum

Emir de
Rupilio.

igitur vitæ Habitus inuidebat: hunc si acerbe & penitus oderat, nō eum q̄diutissime viuere velle debebat: huic mortē maturabat inimicus, qđ illi vnū in malis perfugium erat calamitatis: qui si quid animi ac virtutis habuisset (vt multi sepe fortes viri in eiusmodi dolore) mortem sibi ipse conscisset. huic quāobrem id vellet inimicus offerre, qđ ipse sibi optare deberet: nam nūc qđem qđ tandē illi mali mors attulit: nisi forte ineptiis, ac fabulis ducimur, vt existimemus illū apud inferos impiorum supplicia perferre: ac plures illic offendisse inimicos, q̄ hic reliquisse: a focrus, ab vxorum, a fratris, a liberū poenis actum esse præcipitem in scelera-
torum sedē, atq; regionē, quæ si falsa sunt, id qđ oēs intelligunt, qđ ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris: Age vero venenū per quē datū: per M. Aselliū, quid huic cū Habito: nihil, atq; adeo, q̄ ille Oppianico familiarissime est vsus, potius etiā cōtra simultas, ei ne igit, quē sibi offensiorē, Oppianico familiarissimū sciebat esse, potissimū & suū scelus, & illius periculū cōmittebat: cur deinde tu, q̄ pietate ad accusandū excitatus es, hunc Aselliū esse in ultum tandiu finis: cur non Habiti exemplo vsus es: vt per illū, q̄ attulisset venenum, de hoc præiudicaret: Iam vero illud q̄ non probabile, q̄ inusitatū Iudices, q̄ nouū: in pane datū venenum, facilius ne potuit, q̄ in poculo: latius potuit additū aliqua in parte panis, q̄ si totū cōliquefactū in portione esset: celerius potuit comesum, q̄ epotū in venas, atq; in oīs partes corporis permanare: facilius fallere ī pane si esset aduersum, q̄ in poculo, cū ira cōfusus esset, vt secerni nullo mō posset: At repentina morte periit, qđ si esset ita factū, tamē ea res propter multorū eiusmodi mortē, satis firmā veneni suspitionē nō haberet, si esset suspiciosum, tñ ad alios potius q̄ ad Habitū pertineret, verū in eo ipso hoīes impudentissime mētiunt, id vt intelligatis, & mortē eius, & quēadmodū post mortē in Habitū sit crimen a matre quæsitū, cognoscite. Cum vagus & exul erraret, atq; vndiq; exclusus Oppianicus in Falernū se ad C. Quintiliū cōtulisset, ibi primū in morbū incidit, ac satis vehementer, diuq; agrotauit, cum esset vna Saffia: & Stathio Albio quodā colono hoīe valēte, q̄ simul esse solebat, familiarius vteretur, q̄ vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset: & ius illud matrimonii castum, atq; legitimū damnatione viri sublatū arbitraret: Nicostratus qđam fidelis Oppianici seruu-
lus percuriosus, & minime mendax, multa dicē renuciare domino solitus esse. Interea Oppianicus cū iam cōualesceret, neq; in Falerno improbitatē coloni diutius ferre posset, & huc ad vrbem profectus esset: solebat em̄ extra portam aliquid habere conducti: cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehemēter: & postea q̄ ad vrbē cū febre venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio Iudices eiusmodi est, vt aut nihil habeat suspitionis: aut si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur. Post mortē eius Saffia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias filio, quæstionē habere de viri morte constituit: emit de A. Rupilio, quo erat vsus Oppianicus medico, Stratone quēdā, quasi vt idē faceret, qđ Habitus in emendo Diogene fecerat. de hoc Stratone, & de asclea quodam seruo suo quæsiturā esse dixit, præterea seruū illū Nicostratum, quem nimis loquacem fuisse, ac nimium domino fidelē arbitrabat, ab hoc adolescente Oppianico in quæstionē postulauit. Hic cū esset illo tempore puer, & illa quæstio de patris sui morte constitui diceret, etsi illū seruū & sibi beneuolū, & patri fuisse arbitrabat, nihil tamē est ausus recusare. Aduocant amici & hospites Oppianici, & ipsius mulieris multi hoīes honesti, atq; oībus rebus ornati: tormentis omnibus vehemētissimis quæritur. Cū essent animi seruorū, & spe, & metu tentati, vt aliqd in quæstione dicerent, tamen (vt arbitror) auctoritate aduocatorum, & vi tormentorū adducti in veritate manserunt, neq; se quicq; scire dixerunt. Quæstio illo die de amicorū sententia dimissa est. Satis longo interuallo post iterū aduocant, habetur de integro quæstio, nulla vis tormentorū acerrimorū prætermittitur: aduersarii aduocati etiam vix ferre posse, furere crudelis atq; importuna mulier, sibi nequaq; vt sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. Cū iā terror, atq; essent tormenta ipsa defessa, neq; tamen illa finē facere vellet, quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi vt verū inueniretur, sed vt aliquid falsi dicere cogerentur, hoc postq̄ ceteri comprobant, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum. Redditur Oppianico Nicostratus, Larinum ipsa proficiscitur cum suis, mœrens, q̄ iam certe incolumem filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspitio perueniret, & cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occulta quidem matris insidiæ nocere potuissent. Larinum postq̄ venit, quæ a Stratone illo venenum antea viro suo datum sibi persua-

sum esse simulasset, instructam ei continuo & ornatā Larini medicinē exercendē causa haberet nam dedit. vnum, alterū, tertium annum Sallia quiescebat, vt velle atq; optare aliquid calamitatis filio potius, q̄ id struere, & moliri videret. Tum interim Hortensio, Q. Metello Conss. vt hunc Oppianicū aliquid agentē, ac nihil eiusmodi cogitantē ad hanc accusationem detraheret, inuito despondit ei filiam suā illā, quā ex genero susceperat, vt eū nuptiis alligatū simul, & testamenti s̄p̄ deuinctū possit habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtū fecit, & eadem eiusmodi. Cū esset in ædibus armariū, in quo sciret esse nūmorum aliquantū, & aurī, noctu duos cōseruos dormiētes occidit, in piscināq; deiecit, ipse armariū fundū execut, & sestertiorū & aurī quinq; pondo abstulit, vno ex seruis puero nō grandī cōscio, furto postridie cognito, oīs suspitio in eos seruos quī non cōparebāt, cōmouebat. Cū executio illa fundi in armario aīduerteret, querebant hoīes quonā modo fieri potuisset, quidā ex amicis Sallie recordatus est, se nup̄ in auctione quadam vidisse in reb⁹ minutis adūcam ex omni parte dentiū, & tortuosam venire ferrulam, qua illud potuisse ita circūsecari videret. ne multa, perquiri a coactorib⁹, inuenit ea ferrula ad Stratonē puenisse. hoc initio suspiriōis orto, & aperte insimulato Stratone, puer ille conscius primuit, rem omnē domine indicauit, hoīes in piscina inuēti sunt, Strato in vincula cōiectus est, atq; etiā in taberna eius nummi nequaquā oēs reperiunt. constituit quēstio de furto, nam quid quisq; suspicari aliud potest: an hoc dicitis: armario expilato, pecunia ablata, non omni recuperata, occisis hominib⁹, institutam esse quēstionem de morte Oppianici: cui probatis: quid est qd̄ minus verisimile p̄ferre potuistis: Deinde, vt omittam cetera, triennio post mortē Oppianici de eius morte querebat, atq; etiā incensa odio pristino, Nicostratū eundem illum tum sine causa in quēstionē postulauit. Oppianicus primo recusauit, postea q̄ illa, abducturam se filiam, mutaturā esse testamentū minaret, mulieri crudelissimē seruum fidelissimū, non in quēstionem tulit, sed plane ad supplicium dedit. Post trieniū igit̄ agitata deniq; quēstio de viri morte habebat. & de quibus seruis habebat: noua credo res obiecta, noui quidam hoīes in suspitione vocati sunt, de Stratone, & de Nicostrato, quid: Romē quēsitū de istis hominibus non erat: ita ne tandē mulier iam nō morbo, sed scelere furiosa, cum quēstionē habuisset Romē, cū de T. Annii, L. Rutilii, P. Saturii, & ceterorū honestissimorū virorū sententia cōstitutum esset, satis quāsitum videri, eadem de re triennio post iisdē de hominib⁹, nullo adhibito, non dicam viro, ne colonum forte abfuisse dicatis, sed bono viro, in filii caput quēstionē habere conata est. An hoc dicitis: mihi em̄ venit in mentē, quid dici possit, tamen adhuc non esset dictū: cū haberetur de furto quēstio Stratone aliqd̄ de veneno esse cōfessū. hoc vno mō Iudices sepe multorū improbitate depressa veritas emergit, & innocentiae defensio interclusa respirat: q̄ aut hi q̄ ad fraudem callidi sunt, non tantū audent quantū excogitat: aut illi quoq; eminet audacia, atq; proiecta est, a consiliis malitiæ deserunt: q̄ si aut confidens astutia, aut callida esset audacia, vix villo obsisti modo posset. Vtrum furtū factū nō est: at nihil clarius Larini fuit, an ad Stratonē suspitio non pertinuit: at is & ex ferrula insimulatus, & a puero cōscio est indicatus, an id actum non est in quærendo: quæ fuit alia igit̄ causa quærendi: an id qd̄ dicendū vobis est, & qd̄ tum Sallia dictitabat, cū de furto quæreret, tū Strato iisdē in tormētis dixit de veneno: en hoc illud est, qd̄ ante dixi, mulier abundat audacia, cōsilio & rōne deficit. nā tabellē quēstionis plures proferunt, quæ recitatē, vobisq; editē sunt, illę ipsę, quas tū obsignatas esse dixi, in quibus tabellis de furto litera nulla inuenit. non venit in mētē primā orationē Stratonis cōscribere de furto, post aliquid adiungere dictum de veneno, qd̄ non percontatione quāsitū, sed dolore expressum videretur. quēstio de furto est, veneni iam suspitione, superiore quēstione sublata, qd̄ ipsum hęc eadem mulier indicarat, quæ vt Romē de amicorum sententia statuerat satis esse quāsitum, postea per triennium maxime ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, cōmodis omnibus affecerat. Cum igitur de furto quæreretur, & eo furto qd̄ ille sine controuersia fecerat, tum ille de eo, qd̄ quærebat, verbum nullum fecit, de veneno statim dixit: de furto, si non eo loco quo debuit, ne in extrema quidē, aut media, aut in aliqua deniq; parte quēstionis, verbum fecit nullum. Iam videtis illam nefariā mulierem Iudices eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hęc fictam quēstionem conscripsisse, atq; istam ipsam quēstionem dicite quis obsignauit: vnum aliquem nominare, neminem reperietis, nisi forte eiusmodi hominem, quem ego proferri malim, q̄ neminem nominari. Quid ais T. Acti: tu periculū capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius

Armarium

Coactores.

Tulit in quēstionē.

Proiecta audacia.

Deficit cōsilio & ratione. Litera nulla.

Oratio

Quid factū
est Stratone,
ne.

Celata de il
lo.

Circūueni
re iudicio.
Terra ma
ter omniū.

literis cōscriptas in iudiciū afferas: neq; earū auctorē literarū, neq; obsignatorē, neq; testē vllum nominabis: & quā tu pestem innocētissimo filio ex matris sinu deprompseris, hanc hi tales viri comprobabunt: Esto, in tabellis nihil est auctoritatis: quid? ipsa quēstio iudicibus: qd? amicis hospitibusq; Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic rādem ipsi tempore, cur nō reseruata est? quid istis hominibus factum est Stratone, & Nicostrato? quāro abs te Oppianice, seruo tuo Nicostrato quid factū esse dicas: quē tu cum hunc breui tēpore accusaturus esses, Romā deducere, dare potestātē indicandī, incolumē deniq; seruare quēstioni, seruare his iudicibus, seruare huic tempore debuisti. nam Stratone qdē Iudices in crucē actū esse exēta scitote lingua, qd nemo est Latinatū qui nesciat. timuit mulier amens nō suā conscientiā, nō odium municipū, non famā omniū, sed quasi non oēs eius sceleris testes essent futuri, sic metuit ne condemnaret extrema seruuli voce morientis. Qd hoc portentū dii immortales? qd tantū mōstrū in vllis locis? qd tam infestū scelus, & immane, aut vnde natum esse dicam? Iā eū videtis profecto Iudices, nō sine necessariis me ac maximis causis p̄cipio orationis meę de matre dixisse, nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. mitto illam primā libidinis iniuriā, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiā, quā nondū ad huiusce vitæ piculum, sed ad cōmune familię dedecus pertinebāt: nihil de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cū obsides filios ab eo mortuos accepisset, tū deniq; in familię luctū atq; in priuignorū funus nupsit. prætereo q; Auriū Melinū, cuius illa quondā focrus, paulo ante vxor fuisset, cū Oppianici esse opera p̄scriptū occisumq; cognosceret, eam sibi domū sedemq; coniugū delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia, & spolia fortunarū videret. illud primū q̄ror, de illo scelere, qd nūc deniq; patefactū est Fabritiani veneni, qd iā tū recēs suspiciosum ceteris, huic incredibile, nūc vero apertū iam oībus ac manifestū videt. non est profecto de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine cōsilio mulieris cogitatū. qd nisi esset, certe postea deprehēsa re non illa vt ab improbo viro discessisset, sed vt a crudelissimo hoste fugisset, domū illā in perpetuū scelere omni affluentē reliquisset. nō modo id non fecit, sed ab illo tēpore nullū locū p̄termisit, in quo non instrueret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernīcie filii cogitaret. Quē primū vt illū cōfirmaret Oppianicum accusatorē filio suo, donis muliebribus, collocatione filię, spē hereditatis obstrinxit. Ita q; apud ceteros nouis inter propinquos susceptis inimicitias saxe fieri diuortia atq; affinitatū dissidia vidimus: hęc mulier satis firmū accusatorē filio suo fore neminē putauit, nisi qui in matrimoniū sororē eius ante duxisset, ceteri nouis affinitatibus adducti, veteres inimicitias saxe deponūt: illa sibi ad cōfirmādas inimicitias affinitatis cōiūctionē pignori fore putauit. Neq; in eo solū diligēs fuit, vt accusatorē filio suo cōpararet, sed etiā cogitauit, quib; eū rebus armaret. hinc eū ille sollicitationes seruorū & minis, & promissis: hinc ille infinitę crudelissimeq; de morte Oppianici quēstiones: quibus finē aliquū non mulieris modus, sed amicorū auctoritas fecit: ab eodē scelere ille triennio post habitę Larini quēstiones: eiusdem amētiae falsę conscriptiones quēstionū, ex eodē furore etiā illa cōscelerata exēctio lingūę, totius deniq; huius ab illa est & inuēta & adornata cōparatio criminis. Atq; his reb; cū instructū accusatorē filio suo Romā ipsa misisset, paulisper cōquirēdorū & cōducendorū testiū causa Larini est cōmorata. postea aut cū appropinquare huius iudiciū ei nūciatū est, cōfestim huc aduolauit, ne aut accusatorib; diligētia, aut pecunia testib; deesset, aut ne forte mater hoc sibi optatissimū spectaculū huius fordiū, atq; luctus, & tantī squaloris amitteret. Iā vero qd iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? qd ego p̄pter vicinīatē Aquinatiū & Frabraternorū ex multis audiui, & cōperi. quos concursus in his oppidis: quantos & virorū & mulierū gemitus esse factos: mulierē quandā Larino, atq; illam vsq; a mari Supero Romā p̄ficisci, cū magno comitatu & pecunia, quo facili? circūuenire iudicio capitis atq; opprimere filiū posset. nemo erat illorū pene dicā, qn expiādū illū locū esse arbitraret, q̄cūq; illa iter fecisset: nemo, quin terram ipsam violari, quā mater est omniū, vestigiis cōsceleratę matris putaret. Itaq; nullo in oppido cōsistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionem aspectus fugeret. nocti se potius ac solitudini, q̄ vlli aut vrbi, aut hospiti committebat. Nūc vero quid agat, quid moliat, quid deniq; quotidie cogitet, quem ignorare nō strum putat: quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorū fidē precio labefactare conata sit, tenemus, quin etiam nocturna sacrificia, quā putat occultiora esse, sceleratasq; eius

preces, & nefaria vota cognouimus, quibus illa etiā deos imortales de suo scelere testat: neque intelligit pietate, & religione, & iustis precibus, deorum mentes, non contaminata superstitione, neque ad scelus perficiendum casis hostiis, posse placari, cuius ego furorē, atque crudelitatem deos imortales a suis aris atque repleis aspernatos esse confido. Vos Iudices, quos huic A. Cluentio quosdam alios deos ad omne vite tempus fortuna esse voluit, huius importunitatem matris a filii capite depellite, multi sepe in iudicando peccata liberum parentum misericordie concesserunt: vos ne huius honestissime acta vitam matris crudelitati condonetis, rogamus, praesertim cum ex altera parte totum municipium videre possitis. Omnes scitote Iudices (incredibile dictum est, sed a me verissime dicitur) omnes Larinates, qui valuerunt, venisse Romam, ut hunc studio frequentiaque sua quantum possent, in tanto eius periculo subleuarent, pueris illud hoc tempore & mulieribus oppidum scitote esse traditum, idque in praesentia in communi Italiae pace domesticis copiis esse tutum, quos tamen ipsos aequae, & eos quos praesentes videtis, huius expectatio iudicii dies noctesque sollicitat, non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignitate, commodisque omnibus sententias esse laturos, summa est enim Iudices hominis in commune municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnes homines iustitia & fides, praeterea nobilitatem illam inter suos, locumque a maioribus traditum sic tuetur, ut maiorum gravitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur. Itaque iis eum verbis publice laudant, ut non solum testimonium suum iudiciumque significant, verum etiam curam animi, ac dolorē, quae dum laudatio recitatur, vos quaso qui eam detulistis, assurgite, ex lachrymis horum Iudices existimare potestis, omnes haec Decuriones decreuisse lachrymantes. Age vero vicinorum quantum studium, quod incredibilem benevolentiam, quanta cura est: non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes, huc frequentes adesse, & hunc praesentes laudare voluerunt. Adsunt Feretani homines nobilissimi, Marrucini item: pari dignitate Theano Apulo, atque Luceria equites Romanos honestissimos homines laudatores videtis: Bouiano, totoque ex Samnio cum laudationes honestissimae missae sunt, tum homines amplissimi nobilissimique venerunt, iam qui in agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuniarias habent, honesti homines & summo splendore praediti, difficile dictum est, quod sint solliciti, quod laborent, non multi mihi ab uno sic deligi videntur, ut hic ab his vniuersis. Quod non abesse ab huius iudicio L. Volusenum summo splendore hominem, ac virtute praeditum, vellem, praesentem posse P. Heluidium Rufum Equitem Roma, omnium ornatissimum notare: qui cum huius causa dies noctesque vigilet, & cum me haec causam doceret, in morbum graue periculosumque incidit, in quo tamen non minus de capite huius, quod de sua vita laborat. Cn. Tudici Senatoris viri optimi & honestissimi par studium & testimonio, & laudatione cognoscetis, eadem spe, sed maiore verecundia de te P. Volumni, quoniam iudex es in A. Cluentium, dicimus, & ne longum sit, omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus. Horum omnium studium, curam, diligentiam, meumque vna laborē, qui totam hanc causam vetere instituto solus peroravi, vestramque simul Iudices aequitatem, & maiorem consuetudinem, vna mater oppugnat, at quae mater: quam cecum crudelitate & scelere ferri videtis, cuius cupiditatem nulla vniuersa turpitudine retardauit, quae vitii animi in deterrimas partis iura hominum conuertit omnia: cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem: ea vis, ut nemo foemina: ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit, atque etiam nota necessitudinum, non solum naturae nomen & iura mutauit, vxor generi, nouerca filii, filia pellex, eo iam denique adducta est, ut sibi propter formam, nihil ad similitudinem hominis reseruaret. Quare Iudices si scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorē ex salute, ex victoria liberum: patiamini matrem, ne orbata filio lateat, victam potius vestra aequitate discedere. Sin autem id quod vestra natura postulat, pudorē, bonitatem, virtutemque diligitis, leuate hunc aliquando supplicem vestrum Iudices tot annos in falsa inuidia periculisque versatum, qui nunc primum post illam flammam aliorum facta, & cupiditate excitata, spe vestrae aequitatis erigere animum, & paulum respirare a metu coepit, cui posita sunt in vobis omnia, quem seruatum esse plurimi cupiunt, seruare soli vos potestis. Orat vos Habitus Iudices, & flens obsecrat, ne se inuidia, quae in iudiciis valere non debet: ne matri, cuius vota & preces a vestris mentibus repudiare debetis: ne Oppianico homini nefario condemnato iam & mortuo condonetis. Quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio affligerit innocentem, ne iste miser Iudices, si id, quod difficile factum est, in vita remanebit, sepe & multum queret, deprehensum esse illud quoddam Fabricianum venenum: quod si tamen indicatum non esset, non huic erumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum laborum, postremo etiam

Dii auersa
tur scelera.
Asperna-
tos a suis
aris.

Oratio

forassis mater exequias illius funeris profecuta mortē se filii lugere simulasset: nūc vero qd erit perfectū: nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reſeruata, mors ſepulcro patris priuata eſſe videat. Satis diu fuit in miſeriis Iudices, ſatis multos annos ex inuidia laborauit. nemo huic tam iniquus pter parentē fuit, cuius animū non iā expletū eſſe putem. vos qui equi eſtis oībus, qui vt quiſq; crudeliſſime oppugnat, eū leniſſime ſubleuatis, conſeruate A. Cluētiū: reſtituite incolumē municipio: amicis, vicinis, hoſpitibus, quorū ſtudia videtis, reddite: vobis in perpetuū liberisq; veſtris obſtringite. veſtrū eſt hoc Iudices, veſtre dignitatis, veſtre clemētiæ. recte hoc repetitur a vobis, vt virum optimū, atq; innocentiffimū, plurimisq; mortalib⁹ charum, atq; iucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis, vt oēs intelligant, in concionibus eſſe inuidiæ locum, in iudiciis veritati.

Charū atq;
iucundiſſi-
mum.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIUM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS IN SENATV. ORATIO. XV.

Deſunt permulta.

Cuniculi.

Cōſilia ſic-
corum.

Somnia vi-
nolentorū.
Cogitara.

Sylua Scan-
tia.

Inſignia at-
q; inſulae i-
perii.

Atria au-
ctionaria.

Quæ res aperte petebat, ea nūc occulte cuniculis oppugnat. dicet em Decēiuri id, qd & dicit a multis, & ſepe dictū eſt: poſt eoſdē conſules, regis Alexandrini teſtamēto, regnū illud populi Ro. eſſe factū. dabitis igit Alexandriā clā petentib⁹ iis, qbus apertiffime pugnātib⁹ reſtititiſti. hæc p deos immortales, vtrū eſſe vobis cōſilia ſiccorū, an vinolentorū ſomnia: & vtrū cogitata ſapientū, an oprata furioſorū vident. Videte nūc proximo capite, vt ipſurus helluo turbet remp. vt a maiorib⁹ noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat, & diſſipet: vt ſit non minus in populi Ro. patrimonio nepos, q in ſuo. proſcribit in ſua lege, vectigalia, quæ Decēiuri vendat, hoc eſt, pſcribit auctionē publicorū bonorū, agros emi vult, q diuidant. querit pecuniā. videlicet excogitabit aliquid, atq; afferet. nā ſuperiorib⁹ capitibus dignitas populi Ro. violabatur: nomen Imperii in cōmune odiū orbis terre vocabat: vrbes pacatæ, agri ſociorū, regū ſtatutis decēiuris donabant, nūc pſens certa pecunia numerata qrit. expecto qd Tribun⁹ Pl. vigi-lās, & acut⁹ excogitet. Veneat inqt ſylua Scātia. vtrū tadē hanc ſyluā in relictis poſſeſſiōib⁹, an in cēſorū paſcuīs inueniſti: ſi quid eſt, qd idagaris, inueneris, ex tenebris erueris, qd iniquū eſt, tū cōſume ſane, quoniā cōmodū eſt, qm quidē tu attuliſti. ſyluā vero tu Scantiā vendas, nobis cōſulib⁹, atq; hoc Senatu: tu vllū vectigal attingas: tu populo Ro. ſubſidia bellī, tu ornamēta pacis eripias: tū vero hoc me inertiore cōſulē iudicabo, q illos fortiſſimos viros, qui apud maiores noſtros fuerūt: q q vectigalia illis cōſulibus Populo Ro. parta ſunt, ea me conſule ne retineri quidē potuiſſe iudicabunt. Vedit Italię poſſeſſiones ex ordine oēs. ſane eſt in eo diligēs: nullā em ptermittit. perſequit in tabulis cenſoriis totā Siciliā: nullū adificiū, nullos agros relinquit. audiſtis auctionē populi Ro. pſcriptā a Tribuno plebis, cōſtitutā in mēſem Ianuarii: & credo nō dubitatis, qn idcirco hæc, ærarii cauſa nō vēdiderūt iis, q armis, & virtute pepererūt, vt eſſet qd nos largitionis cā vēderem. Videte nūc quoad fecerit iter aptius q antea. nā ſuperiore parte legis quēadmodū Pōpeiū oppugnarēt, a me idicati ſūt, nūc iā ſe ipſi indicabūt. lubent venire agros Attalenſiū, atq; Olympenorū. hos populo Ro. Seruiliū foreſ ſimī viri victoriā adiūxit. deinde agros i Macedonia regioſ, q ptim T. Flaminiū, ptim L. Pauli, q Perſen vicit, virtute pti ſūt. deinde agrū optimū, & fructuoſiſſimū Corithiū, q L. Mumii impio, ac felicitate ad vectigalia ppli Ro. adiūct⁹ eſt. poſt aut agros i Hiſpania apud Carthaginē nouā, duorū Scipionū eximia virtute poſſeſſos. tū ipſam veterē Carthaginē vēdūt, quā P. Aphrican⁹ nudatā teſtis, ac mœnib⁹, ſiue ad notādā Carthaginēſiū calamitatē, ſiue ad teſtificādā noſtrā victoriā, ſiue ad oblatā aliquā religionē, ad eternā hoīm memoriā conſecrauit. His inſignib⁹ atq; inſulis iperii vēditis, qbus ornatā vobis maiores veſtri Rēp. tradiderūt, iubent eos agros venire, quos Rex Mithridates i Paphlagonia, Pōto, Cappadociaq; poſſederit. nū obſcure vident ppe hafta pconis inſectari Cn. Pōpei exercitū: qui venire iubeāt eos ipſos agros, in qbus ille etiā nunc bellū gerat, atq; verſet. Hoc vero cuiuſmodi eſt? q ei⁹ auctionis quā cōſtituit, locū ſibi nullū deſiniūt: nā decēiuris qbus i locis ipſis videat, vēdēdi potestas lege permittit. Cenſoribus vectigalia locare niſi in cōſpectu populi Ro. nō licet his vendere vel i vltimis terris licebit. At hoc etiā nequiſſimi hoīes cōſumptis patrimoniis faciūt, vt in cēiuris, vt in quibus cōmodū ſit, tenebris, vt i qua velint ſolitudine, bona populi Ro. poſſint diuēdere. Iam illa oībus in prouinciis, regnis, liberis populis, q acerba, q formidolosa, q qd